DE GEORGII PISIDAE

FRAGMENTIS

A SUIDA SERVATIS.

SCRIPSIT

LEO STERNBACH.



CRACOVIAE,
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM.
APUD BIBLIOPOLAM SOCIETATIS LIBRARIAE POLONICAE.
(SPÓŁKA WYDAWNICZA POLSKA).
1899.

Seorsum impressum ex Tomo XXX Dissertationum philologicarum Academiae Litterarum Cracoviensis.

Cracoviae, 1899. — Typis Universitatis Jagellonicae, provisore Josepho Filipowski.

DE PISIDAE FRAGMENTIS A SUIDA SERVATIS.

SCRIPSIT

LEO STERNBACH.



Dissertationem de Pisida Theophanis auctore opusculum excipit consilio ac ratione haud longe disiunctum. Neque enim Chronographus unicus est fons, e quo poetae fragmenta repeti possint; etiam Suidae Pisides gratissimi studii scriptor fuerat, cuius rei optimum documentum silva electorum praebet.

Ac pergrate accidit, ut amplam conlectionem Lexicographus in rem suam converteret; dimidia enim excerptorum pars in Pisidae codicibus non legitur, ad obrussam vero exacta, si a paucis exemplis discesseris, carminis historici particulas errabundas in medium profert, quae quidem ad poema e Theophanis Chronographia erutum [1]) pertineant. Commentandi igitur via patet: quemadmodum in Theophane certae sententiae fundamento innixi eo deducti sumus, ut sincero iudicio ex oratione soluta lumina poetica elicerentur, quae Pisidae et sermonem et artem referrent, ita nunc germani poetae versus tractandi sunt, ut verborum sententia diligenter examinetur disiectaque membra in ordinem digerantur. Disserendi autem modus in utraque quaestione sub eandem fere rationem cadat necesse est: illic enim Theophanis expositio

[1]) Cf. Stud. p. 24 sqq. — Ceterum compendio 'Stud.' non solum commentatio 'de Georgii Pisidae apud Theophanem aliosque historicos reliquiis' denotatur, sed omnes symbolae in Pisidae opera conlatae, quae continua paginarum serie totum volumen explebunt.

cum editis Pisidae carminibus comparata in rectam viam ducit, quam ingressi deperditi carminis lineamenta adumbrare possumus: hic Suidae traditio in reliquiis aliunde non cognitis recte aestimari nequit, nisi necessitudo, quae inter Lexicographi excerpta et Pisidae editi memoriam iutercedat, manifesto adparuerit.

Ad acroases de expeditione Persica undecim Suidae glossae pertinent:

1) vol. II 2 p. 64, 10 sqq. Bernhardy (s. v. πάραβασις) καὶ Πισίδης (fr. 134 sq. Querc.):

τὸν παραβάτην συμβαλὼν πλασμῷ ξένῳ
πρὸ τῆς μάχης ἀφῆκας εἰς ἀντιστάτην.

= P II 284 sq., ubi καὶ ante τὸν extat, tum βαλὼν pro συμβαλὼν et ἀντιστάδην pro ἀντιστάτην habes. Ac primum quidem extra omnem dubitationis aleam scriptura ἀντιστάδην est posita, siquidem in adversam partem [1]) Sarbarus scite ab Heraclio compulsus est cf. 270 sq. ἀντιστρέφεις σὺ διπροςώπῳ σχήματι, | καὶ πρῶτος εὐθὺς εὑρέθης ὁ δεύτερος cl. 283 [2]). Quodsi v. 284 expenditur, particulam καὶ orationis continuatio vindicat a Lexicographo neglecta, cui incuriae tribrachys in secundo versus pede adiumentum dedit. Suidam igitur mensura πᾱραβάτην non magis offendebat, quam Pisidae librarios, qui duodecim syllabarum versum requirentes eidem voci eandem quantitatem imposuerunt H I 206 ἕως καθεῖλες πᾱραβάτην Χοσρόην, ubi τὸν ante παραβάτην supplendum esse vidit Hilbergius (l. l. p. 215). Nec aliunde repetenda est scripturae origo, quam nostro loco Vp offerunt: καὶ τὸν παρᾱβάτην βαλὼν πλασμῷ ξένῳ. Lacunam συμβαλὼν sarcit sed varietas παραβαλὼν (BE in Suidae glossa) et περιβαλὼν (M apud Pisidam) fidem facit etiam tertii pedis arsin duabus syllabis constitisse. Itaque genuina memoria παραβαλὼν emergit, quae fallendi (cf. Poppo ad Thucyd. I 133) [3]) notionem inducit cf. 278 sqq. οὐ γάρ τις οὕτως ἀγρίως θυμούμενον | ἀντιστρόφῳ παρῆλθε θηρίον δρόμῳ, | οὐδ' ἄλλος ἵππους ἡνιοχῶν τὰς ἡνίας | λοξὰς προδεικνὺς ὀξέως παρέρχεται, | ὡς σὺ

[1]) Similis est doli ratio P III 225 sq. ὁ βάρβαρος δὲ τὸν κεκρυμμένον δόλον | εὑρὼν ἑαυτῷ βόθρον ἐκ τοὐναντίου.

[2]) De locutione εἰς ἀντιστάδην cf. εἰς ἄγαν P III 353 (εἰςάγαν vulgata est lectio) et εἰς μάτην P II 225 et 326 cl. εἰς τοσοῦτον Av. 248, Suppl. IV 79. 137. — Sed Av. ψυχὴν παρελθεῖν, ἀλλὰ σπείρων ἀεὶ iniuriam Bekkeri coniectura εἰςαεὶ Pisidae infert, quae metro labanti succurrens quarto trimetri pedi spondeum inculcet; itaque καὶ ante σπείρων inserendum est cum C. F. Muellero ad Ignat. Diac. p. 8 n. 1, quae emendatio Hilbergianae ('Wiener Studien' vol. IX p. 213) συσπείρων longe praestat.

[3]) De περιβαλὼν vix ad Plutarch. de adul. 7 p. 52 C provocari potest; συμβαλὼν minus recte Pisidae tribuit Hilbergius l. c. p. 211.

κρατήσας τοῦ στρατοῦ τὰς ἡνίας | ὑποτρέχων παρῆλθες ἐξ ἀντιστρόφου. De insolito enim strategemate agitur, quo Sarbarum Heraclius elusit, unde novam substantivi πλασμός significationem lucramur. Eadem ars in praecedentibus (P II 262 et 274) voce πλαστουργία [1]) significatur; cadit igitur Quercii (et Bekkeri) [2]) interpretatio: et transgressorem coniectum **in planitiem ignotam** ante pugnam in adversam partem compulisti, sensuque plane caret Bernhardyi versio: parabatem **cum ficto hospite** committens ante pugnam in adversarium commisisti, qua Aemilii Porti coniectura πλαστῷ (pro πλασμῷ) exprimitur.

2) vol. II 2 p. 1063, 15 sq. (ad τέλμα· τόπος πηλώδης, ὕδωρ ἔχων) καὶ Πισίδης (fr. 152):

χερσοῖ τὰ ῥεῖθρα, τελματοῖ δὲ τοὺς λίθους.

= P II 311, ubi ῥευματοῖ MVp recte suppeditant. Κυματοῦν de eadem re habes H I 29, θαλασσοῦν P II 305 ὕδωρ χερσῶσαι (πετρῶσαι optime Mp cf. Hilbergius l. c. p. 210) καὶ θαλασσῶσαι [3]) χθόνα cl. 321 sq. ὕδωρ ὅπως τέμνοιτο χερσαίῳ δρόμῳ | καὶ γῆ περῷτο τῷ θαλαττίῳ πόρῳ, quae exempla nostro loco codicis M scripturam τε (pro δὲ) commendant.

3) vol. II 2 p. 1223, 16 sqq. (ad τρόπος) καὶ Πισίδης (fr. 157):

ὁ βάρβαρος δὲ τῷ λόγῳ καὶ τῷ τρόπῳ·

ἀντὶ τοῦ· τῷ ἤθει = P III 17, ubi codices optime καὶ γένει (pro τῷ λόγῳ) offerunt. Per se tamen nullam dubitationem Suidae memoria habet, unde facile suspiceris carminis deperditi versiculum a Lexicographo memorari [4]). Etenim λόγος et τρόπος perinde componuntur ac γένος et τρόπος cf. a) Suppl. XCIV 1 καὶ ῥεῖθρα γλώσσης καὶ διαύγειαν τρόπων cl. III 22 sq. οἳ πολλάκις ζέσαντες ἀγρίῳ τρόπῳ | τῷ σῷ κατεσβέσθησαν ἡμέρῳ λόγῳ [5]), — b) P II 164 sq. γένη τοσαῦτα καὶ πολυτρόπων ἠθῶν | δια-

---

[1]) Similiter 'fictionis' vim πλάσις (Hex. 664) et πλάσμα (Hex. 1117. 1339, Van. 122, Suppl. IV 136) habent. De forma πλασμὸς cf. ἀναπλασμός, διαπλασμός, καταπλασμός, μεταπλασμός.

[2]) Scilicet editor Bonnensis oratione Graeca saepius mutata Quercii versionem intactam reliquit!

[3]) Pisidam imitatur Theodosius Diaconus Acr. II 266 Ξέρξης ὁ τὸ πρὶν γῆν θαλασσῶσαι θέλων.

[4]) Cf. nota ad num 31 infra.

[5]) Barbari proprius est πεφυρμένος λόγος Av. 91; cf. Hex. 1395 λυττᾷ καθ' ἡμῶν καὶ λαλεῖ πεφυρμένα. Facit huc etiam fr. 63 καὶ πᾶσαν ἰλὺν ἀλλοφύλων ᾀσμάτων.

φορᾶς [1]). Neque ullam offensionem articulus ad posterius membrum (καὶ γένει καὶ τῷ τρόπῳ) [2]) relatus adfert cf. Suppl. XLIX 3 κοινωνὸν οὖσαν καὶ βίου καὶ τοῦ τάφου et Van. 207 κοινὴ γὰρ ἡ γῆ πρὸς θρόνους τε καὶ τάφους, quo loco exquisitiorem lectionem πρὸς θρόνους καὶ τοὺς τάφους VTp L [3]) suppeditant, tum Hex. 39 ἀλλ' ὦ γεωργὲ τῶν πετρῶν καὶ τῶν βάτων, ubi καὶ πετρῶν καὶ τῶν βάτων ex VN videtur reponendum esse.

4) vol. II 2 p. 1680, 6 sqq. (ad χρῶμα) καὶ Πισίδης (fr. 164 sq.):

> οὐκ ἔστι ταῦτα πρὸς χάριν κεχρωσμένα·
> ἁπλοῖ δὲ πάντες τῆς ἀληθείας λόγοι.

= P III 37 sq., ubi πάντως [4]) (pro πάντες) colorem gnomicum aptius declarat cf. fr. 112 sq. πραγμάτων πάντως δύο | κίβδηλός ἐστιν ἐργάτης εἷς, ὡς λόγος. — Ceterum potius ad Aeschyl. fr. 176 (ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη) quam ad Euripid. Phoeniss. 469 (ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ) poeta noster respexit.

5) vol. I 1 p. 642, 2 sqq. (ad ἀποῤῥῆξαι) καὶ ἀποῤῥήξουσι· λαλήσουσι. Πισίδης (fr. 60 sq.):

> οὓς εἰ σιωπήσαιμεν, οἱ λίθοι τάχα
> φωνὰς ἀποῤῥήξουσι τῶν πεπραγμένων.

= P III 39 sq., ubi αἱ πέτραι pro οἱ λίθοι codices tradunt. Ac Suidae memoriam commendat Suppl. II 6 ἀλλ' εἴπερ οὐκ ἔχουσιν οἱ λίθοι στόμα, firmat dicti proverbialis fons Evang. Luc. XIX 40 λέγω ὑμῖν, ὅτι, ἐὰν οὗτοι σιωπήσουσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται, sed nihilominus lectiorem vocem artis criticae ratio fulcire videtur et sustinere. Utrique scripturae ipsius Pisidae contextus favet v. 24 ᾤκει τε πέτρας ὥςπερ οἱ πτῶκες φόβῳ et 36 καὶ τοῖς λίθοις ἔμεινε συλλιθούμενος, sicuti omnino poeta verba illa studiose variat cf. P I 180 sqq. ὁλκὰς προςεσκίρτησε πετραίῳ πάγῳ, | πολλὴ δὲ παφλάζουσα ῥεύματος βοὴ | τὸν ἦχον ὑψώσασα ταῖς πέτραις ὅλον | ἔξω τὸν ἀφρὸν ἀγρίως ἀνέπτυε, | καὶ προςραγέντα τοῖς λίθοις τὰ κύματα κτλ., Av. 242 sq. καὶ τοὺς στεναγμοὺς ἀντιπέμπων ὡς λίθους | τοὺς πετροπομποὺς ἔστρεφες τῶν βαρβάρων, Hex. 39 sqq. ἀλλ' ὦ γεωργὲ

---

1) Cf. P III 146 sq. ὅμως δὲ Πέρσης (καὶ τὸ πᾶν διαγράφω) | ἔδοξεν εἶναι πιστὸς ἐξ ἀπιστίας, ubi toto caelo erravit Quercius, vertens ille quidem: omnia ut sunt refero. Adde Av. 364 τὸ Περσικόν τε καὶ τὸ βάρβαρον γένος.

2) Cf. Stud. p. 16 n. 1.

3) Siglo L codex Parisinus Gr. 1630 designatur.

4) In eadem versus sede vox recurrit P I 93, S 216. 258. 583, Suppl. III 87.

καὶ [1]) πετρῶν καὶ τῶν βάτων· | σπείρεις γὰρ αὐτὸς <καὶ> [2]) κατὰ πετρῶν πολλάκις | καὶ τεκνοποιεῖν ἐκβιάζῃ τοὺς λίθους, 549 sqq. πῇ μὲν γὰρ αὐτὰς οἷα πετραίους πάγους | χειμὼν ἀπεσκλήρυνε, πῇ δὲ καὶ θέρος | στεῤῥοὺς ἀφῆκε τῆς χαλάζης τοὺς λίθους [3]).

6) vol. I 2 p. 1084, 8 sqq. ἱστορημέναι· πρὸς θέαν ἱστάμεναι (om. Quercius):

οὕτω γὰρ ἦσαν ἱστορημέναι μόνον,
ὡς ζωγραφοῦσιν οἱ γραφεῖς τὰς εἰκόνας.

= P III 46 sq. — Suidae glossam contraxit et corrupit Zonaras vol. II p. 1129 (Tittmann) ἱστορημένα· πρὸς θέαν ἱστάμενα.

οὕτω γὰρ ἦσαν ἱστορημένα μόνον.

7) vol. II 1 p. 1030, 10 sq. ξένας· θαυμαστάς· Πισίδης (fr. 127):

ὕλας χορηγῶν καὶ τοσαύτας καὶ ξένας

et 8) vol. I 2 p. 1303, 17 sqq. ὕλη· ὁ σύνδενδρος τόπος· ὕλη καὶ ἡ σκῆψις ἢ ὑπόθεσις (om. Qu.):

ὕλας χορηγῶν καὶ τοσαύτας καὶ ξένας.

= P III 61, ubi inania de vocis ὕλη notione profert Quercius; scilicet metaphorae usum ostendit v. 62 ὅπως δι' αὐτῶν ἐξανάψῃς τὴν μάχην cf. Av. 168 φθάνεις τὸ πῦρ μὲν ὡς πρὸς ὕλην ἡμμένον et 268 οἷα πῦρ ἀναγκάσας | ἀργοῦσαν ὕλην ἐκπυροῦσθαι πρὸς φλόγα [4]).

9) vol. II 2 p. 496, 11 sq. πρὸ τῶν ὅλων· πρότερος τῶν ὅλων (om. Qu.):

καὶ πάντα πράττων ἀνθ' ὅλων πρὸ τῶν ὅλων.

= P III 85 [5]).

10) vol. II 2 p. 889, 6 sqq. στέγει· καρτερεῖ, ὑπομένει (om. Qu.):

τὸν καυστικὸν δὲ τοῦτον ἥλιον στέγει,
ἱδρῶτι θερμῷ πανταχοῦ βεβρεγμένος.

---

[1]) Τῶν vulgo legitur; cf. Stud. p 111.

[2]) Καὶ adieci cf. 42 φύειν τε καρπὸν ἀξιοῖς καὶ τὰς βάτους. Non recte σὺ ante πολλάκις excidisse censet Hilbergius 'Wiener Studien' vol. VIII p. 302.

[3]) De fr. 139 cf. quae ad num. 63 observantur.

[4]) Materia denotatur P I 5, R 20, Hex. 751. 835. 893 1194 (bis). 1195 1679. An. p. 1693 B. D, magnae copiae vis ex silvae comparatione fluxit Av. 24 ὕλη δὲ πολλῶν βαρβάρων ἐγίνετο et 489 τῶν ἀθάπτων βαρβάρων | ὕλην παρεβλάστησε τῶν δένδρων πλέον.

[5]) Suidae glossam cum non intellexisset, interpolatori tribuit Kuester.

= P III 100 sq. Cuius loci sententiam non perspexit Quercius. Nimirum miles quidam Heraclii labores praedicat (P III 94 sqq.):

φεῦ τῆς ἀνάγκης· ὁ βασιλεὺς καὶ δεσπότης
ὡς εἷς ἀφ' ἡμῶν πρὸς μάχην ὁπλίζεται!
καὶ νῦν σιδηροῦς ἀντὶ πορφύρας χιτὼν
σφίγγει τὰ νῶτα καὶ βαρεῖ τὸν αὐχένα,
κόνις δὲ πολλὴ συμπλακεῖσα τῇ κόμῃ
μορφὴν τοσαύτης συγκαλύπτει τέρψεως,
τὸν καυστικὸν δὲ τοῦτον ἥλιον στέγει
ἱδρῶτι θερμῷ πανταχοῦ βεβρεγμένος,
ὃν ἐξ ἀνάγκης τῶν μελῶν ἐσφιγμένων
πόνος βίαιος ἐκφέρει τοῦ σώματος.

Quae his verbis reddita sunt: 'heu quae necessitas! ipse rex et despota tanquam unus ex nobis ad pugnam armatur! et nunc ferreum illi tegumentum pro purpura terga constringit et collum aggravat; multus vero pulvis immixtus comae formam nobis obtegit tam delectabilem atque hunc urentem solem occultat; sudore calido undequaque diffluit, quem ob membra dure constricta labor violentus exprimit e corpore'. Sed interpretatione illa recepta v. 100 et 101 non bene concinunt, quia βεβρεγμένος (101) tantummodo ad χιτὼν (96) spectare potest; cui sententiae patrocinari videtur H I 195 sqq. ὢ νῦν ἀληθῆ δεικνύων τὴν πορφύραν· | πορφύρεται γὰρ εἰς βαφὴν αἰωνίαν | ἱδρῶσι τοῖς σοῖς εὐσεβῶς ἠμαγμένη. Itaque sponte coniectura succurrit verba: κόνις δὲ—στέγει (98—100) suo loco deturbata in orationis fine (post 103) aptum locum habere. Verum enim vero in rectam viam Suidae interpretatio reducit: Heraclium enim miles admiratur, qui totus sudore calido perfusus solis fervorem sustineat; quam sententiam genuinam esse demonstrat H I 143 sqq. καὶ ποῦ μετέστη τῶν μελῶν ἡ λευκότης; | πύρωσις αὐτὴν ἀντανεῖλεν ἡλίου· | ἀπεικὸς οὐδέν, ἀλλ' ὅμως στοχάζομαι· | ἐν τῷ διαχεῖσθαι τοὺς ἱδρῶτας τῶν πόνων | ἡ λευκότης μετῆλθεν εἰς τὴν καρδίαν, quo loco itidem narratio de imperatoris capillis praecedit (140 sqq.) πόθεν μετῆλθεν εἰς βαφὴν ἐναντίαν | ἡ τῶν τριχῶν σου χρυσομίμητος κόμη; | ἔβαψεν αὐτὴν ἡ χιὼν τῶν φροντίδων. Nunc demum solis epitheton καυστικὸς (100) locutioque ἱδρῶτι θερμῷ (101) iustum sensum accipiunt. Itaque nullius est momenti, quod alio loco vox στέγειν tegendi sensu usurpata cum συγκαλύπτειν iungitur (Suppl. IV 69 μνησθεῖσα πάντα συγκαλύπτει καὶ στέγει) [1], sed notio tolerandi statuenda est, quam etiam

[1]) Cf. insuper Hex. 10 καὶ συσκιάζει τοῦ λόγου τὸν ἥλιον.

H I 4 οὐκ ἔστεγεν γὰρ ἡ κτίσις τιμωμένη Quercii prava versio: 'non illum enim texit culta creatura' oblitteravit cf. omnino P III 281 sq. πάντες γὰρ οἱ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν | ἰδεῖν στέγοντες [1]), H II 131 ἀλλ' οὐ στέγοντες τὴν ἀπουσίαν βλέπειν, S 344 οὐ γὰρ στέγοντες τὰς λάλους τηρεῖν θύρας cl. Suppl. I 34 ὁ βυρσοδέψης οὐχ ὑπέστεγε Κλέων.

11) vol. II 2 p. 1050, 10 sqq. ταυτότης· ἡ ὁμοιότης· Πισίδης (fr. 149 sqq.):

τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων·
καὶ τὴν χαρὰν γὰρ πολλάκις χαρὰ τρέφει
καὶ δάκρυσίν τις ἐξεγείρει δάκρυα.

= P III 133—135, ubi χάριν et δάκρυσί codices exhibent. Itaque rem actam egit Quercius χαρὰν coniciens, recte autem Hilbergius ('Wiener Studien' vol. IX p. 211) scripturam δάκρυσιν ad Pisidae leges metricas revocavit. — Ceterum loci communis color in memoriam revocat Sophocl. Ai. 522 χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί, ubi similia quaedam composuit Lobeckius ³p 231.

Carmen de bello Avarico respiciunt glossae tres:

12) vol. I 1 p. 401, 6 sqq. (s. v. ἀνεκτά)· καὶ Πισίδης (fr. 58):

οὐκ ἦν ἀνεκτὴ τοῖς παροίκοις ἡ βλάβη·

ἀντὶ τοῦ· ὑπομονῆς ἄξια = Av. 25.

13) vol. II 2 p. 1383, 1 sqq. ὑποψία· τὸ ὑπὸ τὴν ὄψιν· τὸ ἐνεστηκός. Πισίδης (fr. 162):

τὴν τῶν φθασάντων ἀσφαλῶς ὑποψίαν·

ἢ τὸ ἐξ ἀκοῆς καὶ παραδόσεως γραφόμενον = Av. 43, ubi alia vocis notio statuenda est. Scilicet historiae fidem Pisides superiorum temporum scriptoribus tribuit, qui Avarorum incursiones exposuerant, rerum gestarum ipsi spectatores et testes: ἔμπροσθεν ἄλλοις εὐσυνόπτως ἐγράφη, | ὅσοις ἔδειξε συμπαρέρπων (clam praeterlabens pessime vertit Quercius) ὁ χρόνος | τὴν τῶν φθασάντων ἀσφαλῶς ὑποψίαν (42 sqq.). Certam igitur opinionem historici illi de omnibus factis habuisse putandi sunt. Quae significatio ad suspicionis vim proxime accedit, quae quidem diversos intellectus peperit cf. P III 357 εἰ μὴ λάβοι τις τὴν δίκην (l. τῆς δίκης) [2])

[1]) Τολμήσαντες in paraphrasi sua Theophanes (p. 306. 4) substituit cf. Stud. p. 22.

[2]) 'Nisi quis sumat iustam suspicionem' vertit Quercius, κατὰ subintelligendum esse pronuntians. Quam cogitationem Pisides procul dubio verbis κατὰ δίκην vel ἐνδίκως (cf. S 578) vel εἰκότως (cf. H II 202) expressisset. Attamen iudicii (cf. Av. 379. Suppl. II 87, LXV 4, An. p. 1728 C) suspicio premitur, Chosroam, si Heraclio traderetur, se brevi poenis erepturum esse propter nimiam imperatoris clementiam et humanitatem, quae simili exemplo P II 217 sqq. inlustratur.

ὑποψίαν, H I 102 ἔχεις συνειδός, οὐκ ἔχεις ὑποψίαν, II 202 δεινῇ κρατηθεὶς εἰκότως ὑποψίᾳ, — H I 12 Θεοῦ βεβήλους ἐκφυγὼν ὑποψίας, Hex. 997 πάθοι λεληθὼς δυςσεβεῖς ὑποψίας, 1700 μήπως τὰ πάντα σχῇ κακὴν ὑποψίαν, S 209 τὰς δυςσεβούσας ἐκφυγεῖν ὑποψίας, 307 μένειν (l. μένεις) τε πάσης ἐκτομεὺς ὑποψίας, — P III 312 ἄσπονδον εἶχεν ἐξ ἔθους ὑποψίαν, — Suppl. I 24 φρικτὴ γὰρ εὐθὺς τῶν ποδῶν ὑποψία [1]). Cum loco nostro maxime concinit Av. 231 δυςχερὲς γὰρ εἰκότως | κοινὴν καλύψαι καὶ λαθεῖν ὑποψίαν, quae opinio communis ex 226 sqq. ἐγὼ δὲ ταῦτα συγκαλύψαι σοι θέλων, | (οὐκ ἠγνόουν γάρ, ὡς λαθεῖν καὶ νῦν θέλεις), | σιγᾶν ἔμελλον· ἀλλ᾽ ὁ νοῦς ἠρυθρία | κλέψαι τοσούτους εἰςορῶν συνειδότας ducta est

14) vol. I 2 p. 212, 4 sqq. (s. v. ἐμπίς· ζωΰφιον παρὰ τοῖς ὕδασι γινόμενον, ὅμοιον κώνωπι· μεῖζον δὲ τῇ περιοχῇ καὶ κατὰ τὸ μέσον λευκῷ περιεζωσμένον). Πισίδης (fr. 86):

κύκλῳ περισφίγξαντες ἐμπίδων δίκην.

= Av. 64, ubi p non solum ἐλπίδων, sed etiam περισφύγξαντες [2]) prave exhibet.

Heracliadis octo extant fragmenta:

15) vol. I 2 p. 96, 19 sqq. (ad gl. ἔγγυον) καὶ ἐγγυωμένη· ἀσφαλιζομένη. Πισίδης (fr. 82 sqq.):

νῦν πανσέληνος ἡ σελήνη λαμπέτω,
τοῦ Χοσρόου λήγοντος, ἐγγυωμένη
Πέρσας τὸ λοιπὸν μὴ θεουργεῖν τὴν κτίσιν.

= H I 6—8. — Suidam exscripsit Zonaras vol. I p. 605 s. v. ἐγγυωμένη, sed pro λήγοντος (cf. P II 375 et III 4) falso ibidem λύοντος legitur, unde λέγοντος prave extricavit Tittmannus, Aemilii Porti coniecturam in Suida secutus.

16) vol. I p. 1104, 20 sqq. γιγαντιᾷ· τὰ τῶν Γιγάντων φρονεῖ [3]). Πισίδης περὶ Χοσρόου (fr. 70):

γιγαντιᾷ δὲ καὶ τυραννῆσαι θέλει.

= H I 30.

[1]) Versus sententiam inlustratam habes 'Wiener Studien' vol. XIII p. 19.

[2]) Quercii lectio περισφίξαντες ex libidine manavit neque codicum (Vp) memoriam P II 136 ἔσφιξαν reddit. In Hexaëmero sibi non constat editor, cum 1423 σφίξαντος (= VpT, non MN), sed 1432 et 1832 ἔσφιγξε exhibeat; attamen ultimo loco: οὓς εἶχεν, οὓς ἔσφιγξε (ἔσφιξε Migne) κολπώσας κάτω aoristi forma fortuito videtur inrepsisse, siquidem et Morellus et omnes libri manuscripti in scriptura ἔσφιγγε consentiunt. Itaque actam rem egit Hercher falsumque de editione principe testimonium protulit. Suppl. I 21 ἰξέσφε M tradit.

[3]) Hinc Zonarae glossa (I p. 437) γιγαντιᾶν· τὰ τῶν Γιγάντων φρονεῖν fluxit.

17) vol. II 2 p. 1715, 10 sqq. ψῆφος μέλαινα· ἡ καταδικάζουσα· λευκὴ γὰρ ἡ δικαιοῦσα· Πισίδης (fr. 166):

ψήφου μελαίνης ἐξεφώνησε κρίσιν.

= H I 35.

18) vol. I 1 p. 915, 18 sqq. ἄχειρος· ὁ χειρὸς ἐστερημένος, κατὰ μεταπλασμόν. Πισίδης (fr 65 sq.):

ἄπους, ἄχειρος οὐ βαρεῖ τὸν αὐχένα·
πλήρεις ἑκάστῳ τῶν μελῶν αἱ συνθέσεις·

περὶ τῆς Χοσρόου ὠμότητός φησι = H I 45 sq., ubi codices (Vp) falso versuum sedem mutant. Cavendum tamen, ne ex R 37 καὶ συλλέγονται τῶν μελῶν αἱ συνδέσεις[1]) emendatio συνδέσεις eliciatur, praesertim cum illic συνθέσεις M praebeat, recte ut videtur cf. R 84 καὶ τῶν μελῶν λύουσι τὰς θέσεις ὅλας, Hex. 639 πῇ μὲν ὀμμάτων θέσεις, Suppl. I 21 καὶ τὴν ἐμὴν ἔσφιγξε τῆς ψόας θέσιν, 56 ἔχεις δὲ φρικτὰς τῶν παρισθμίων θέσεις. Similiter memoria fluctuat Hex 640 πῇ δὲ συνδέσεις (sic etiam M, συνθέσεις VpTN) | τῶν ἐντέρων πλέκουσι et 1822 σφίγγει δὲ χυλὸς τὰς ἀνάρθρους συνθέσεις (ita MTN, συνδέσεις Vp), absque ulla varietate Hex. 1110 θᾶττον δὲ τὰς πρὶν ἐξεμοῦντες συνδέσεις legitur. — Alia vocis θέσις (P II 67. 342. H II 169, Hex. 338. 722. 1172. 1632) et σύνθεσις (Av. 222. 275, Hex. 1248. 1697. 1701, S 293. 299. 431) testimonia a nostro loco aliena sunt.

19) vol. II 2 p. 879, 16 sqq. Σταγειρίτης· ὁ Ἀριστοτέλης· ἀπὸ τόπου κληθείς. Πισίδης (fr. 141 sq.):

ποίους στρατηγοὺς ἢ Σταγειρίτας ἔχων
ἐπῆλθες εἰς γῆν εὐτυχούντων βαρβάρων;

= H I 159 sq.

20) vol. II 1 p. 970, 12 sqq. νεῦρα μάχης· ὁ πλοῦτος. Πισίδης (fr. 122 sq.):

βλέπων μάλιστα καὶ τὰ νεῦρα τῆς μάχης,
τὸν πλοῦτον, ἐκρεύσαντα πρὸς τοὺς βαρβάρους.

= H I 163 sq. 'Nervos belli' pecuniam Cicero adpellavit Philipp. V 2, 5, sed iam apud Crantorem ὁ Πλοῦτος de se praedicat: ἐν πολέμοις νεῦρα τῶν πράξεων γίνομαι (Sext. Empiric. adv. mathem. XI 53 p. 557, 4 Bekker); ampliori sensu νεῦρα τῶν πραγμάτων pecuniam nuncuparunt Demosthenes apud Aeschinem III 166 (si modo lectio sana est; cf. Blass ad l. c. p. 284 ed. mai.) et Bio Borysthenites apud Laert. Dio-

[1]) Etiam prioris trimetri clausula apud poetam nostrum recurrit: P III 97 σφίγγει τὰ νῶτα καὶ βαρεῖ τὸν αὐχένα.

gen. IV 48, recte autem observat Plutarchus Vit. Cleomen. 27 p. 817 E ἀλλ' ὁ πρῶτος τὰ χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων προςειπὼν εἰς τὰ τοῦ πολέμου πράγματα μάλιστα βλέψας τοῦτ' εἰπεῖν ἔοικε [1]. Vox ἐκρεύσαντα tropum de fluxa (Sallust. Catil. I 4) pecunia adfert [2], quam comparatione inlustrant S. Basilius Magnus Homil. in Psalm. LXI 5 (Patr. Gr. vol. XXIX p. 480 sq.; cf. etiam Symeo Metaphrast. ibid. vol. XXXII p. p. 1178 sq.) ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου· χειμάῤῥου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παρατρέχει· ἄλλοτε ἄλλον πέφυκε παραμείβεσθαι. Ὥςπερ ποταμὸς ἀφ' ὑψηλοῦ φερόμενος ἐγγίζει μὲν τοῖς παρεστῶσι τῇ ὄχθῃ, ὁμοῦ δὲ ἥψατο καὶ εὐθὺς ἀνεχώρησεν, οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου εὐκολία ὀξυτάτην ἔχει καὶ ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν, ἄλλους ἐξ ἄλλων παραμείβεσθαι πεφυκυῖα. Σήμερον τοῦδε ὁ ἀγρὸς καὶ αὔριον ἑτέρου καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλου. Ἀπόβλεψον πρὸς τὰς ἐν τῇ πόλει οἰκίας, πόσα ἤδη, ἀφ' οὗ γεγόνασιν, ὀνόματα μετειλήφασιν, ἄλλοτε ἀπ' ἄλλου τῶν κεκτημένων ὀνομαζόμεναι. Καὶ χρυσὸς ἀεὶ τὰς τοῦ ἔχοντος χεῖρας διαῤῥέων ἐφ' ἕτερον μεταβαίνει καὶ ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἄλλον. Μᾶλλον δύνασαι ὕδωρ τῇ χειρὶ περιλαβὼν κατασχεῖν ἢ πλοῦτον σεαυτῷ διαρκῶς συντηρῆσαι, Isidorus Pelusiotes Ep. I 274 (p. 344 C) καὶ ὡς ὕδωρ συνεχὲς τὰ χρήματα, ἄλλους ἐξ ἄλλων νοτίζον, καὶ πάλιν πρὸς ἄλλους βλυστάνον [3]), Agapetus cap. admonit. 7 (Patr. Gr. vol. LXXXVI 1 p. 1165 D) ὁ ἄστατος πλοῦτος τῶν ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται τὸν δρόμον, πρὸς ὀλίγον μὲν ἐπιῤῥέων τοῖς ἔχειν νομίζουσι, μετ' ὀλίγον δὲ παραῤῥέων εἰς ἄλλους ἀπέρχεται [4]).

21) vol. I 2 p. 612, 12 sq. (ad εὐλαβηθεὶς) καὶ Πισίδης (fr. 97):

οὐκ ηὐλαβήθης τὰς ἐνοχλούσας νόσους.

= H I 169, ubi εὐλαβήθης codices Vp offerunt aeque ac P II 338 εὐλαβεῖτο, tum ἀνευφήμησαν (S 117), εὐλόγησεν (S 623), εὐπόρησεν (P I 76 et H II 61), εὐφραίνοντο (P III 254). Semper augmentum comparet in ἐπηύξατο (P II 373, III 175), ἐπηύχετο (P III 280), ηὔξατο (P III 245), memoria fluctuat inter εὗρε (H I 85, Hex. 1622. 1804), εὑρέθη (P III 154. 275, S 433. 434), εὑρέθης (P II 271, S 272), εὗρεν (P I 77), εὗρον

[1]) Plutarchum respexit Isidorus Pelusiotes Epist. II 146 (Patr. Gr. vol. LXXVIII p. 600 B) ὁ δὲ ῥήτωρ οὐκ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα καθ' ἑαυτὸ σκοπῶν, ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν τοῦ πολέμου βλέπων, τοῦτ' ἔφη, qua epistola (p. 589 sqq.) commentariolus de Demosthenis loco (Ol. I 20 p. 15 R) δεῖ δὲ χρημάτων καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων continetur cf. etiam Nicetas Choniates de Manuele Commeno I 4 p. 82, 21 sqq. (Bonn) χρημάτων ἐπιῤῥώννυσι διαδόσεσιν, ἃ νεῦρα τῶν πραγμάτων ἀρίστως τῶν πάλαι τις κατωνόμασε.

[2]) Aliter Philes vol. I p. 412 v. 558 ὁ πλοῦτος ἀνθῶν καὶ παρευθὺς ἐκρέων.

[3]) Alio loco de pecunia haec leguntur (Ep. I 157 p. 288 C) εἰ δὲ πλοῦτος ἄδικος συναχθεὶς ὑπεραίρει σε, αὐτὸς μὲν θᾶττον ἐξεμεθήσεται, ῥευστὴν ἔχων τὴν φύσιν καὶ ἄστατον.

[4]) Cf. nota Damkeni p. 31. Ex Pisida accedat Av. 385 καὶ τῇ δόσει δὲ τῶν ῥεόντων χρημάτων.

(Hex. 1884) et ηὑρίσκετο (Av. 467), inter εὐτρεπίζετο (P II 366), εὐτρεπισμένος (H II 24), εὐτρέπιστο (Av. 119) et ηὐτρεπισμένη (Av. 516), ηὐτρεπισμένον (P III 31, S 366), ηὐτρεπισμένος (H II 24), ηὐτρεπισμένους (P II 176), ηὐτρέπιστο (P III 244). — Cum Vp in P I II et Hex. conspirat M, nisi quod P I 76 ηὐπόρησε exhibet, in reliquis Pisidae carminibus utraque scribendi ratio expressa est cf. a) εὐλογημένον (Suppl. II 18 et III 83), εὑρέθη (Suppl. II 41), εὗρες (non ἦρας, Suppl. II 57), εὗρεν (Suppl. II 68); — b) ηὐδόκησας (Suppl. LXIII 5), ηὐλαβήθη (Suppl. LIX 2, quam lectionem scriptura ἠβλαβήθη manifesto innuit: ὧν ἡ προμήτωρ ἠ β λ α β ή θ η τὸν κρότον). Similiter in vita Anastasii ηὐτρέπισεν extat p. 1684 C, sed ἐνευφραίνετο p. 1692 B, εὕρισκε p. 1708 D, εὑρίσκετο p. 1704 B. Suidas vero in altera glossa sibi constat, qua versus noster excitatur:

22) vol. II 2 p. 1255, 5 sqq. (ad Τύχη) καὶ Πισίδης (fr. 158 sq.)[1]:

οὐκ ηὐλαβήθης . . . .
οὐ τὰς δι' ἡμᾶς ἀντιπραττούσας τύχας,
εἰ χρὴ καλεῖν με τὰς ἁμαρτίας τύχας.

= H I 169 sqq. Falso enim Bernhardyus οὐκ εὐλαβήθης edidit, siquidem οὐλαβήθης A, οὐκ ηὐλαβήθης reliqui Lexicographi codices suppeditant. Neque vero Suidae contextus lacunosus est, cum eius ratio in verbo finito adquiescat, ex quo accusativus v. 170 pendeat. Immo codicum Vp lacunam commodissime explet glossa nostra, quiquidem versum 171 propter ὁμοιοτέλευτον plane ignorent. Optime autem versiculo illo verba οὐ τὰς δι' ἡμᾶς ἀντιπραττούσας τύχας inlustrantur, quibus Heraclius cum Alexandro Magno componitur, quem Plutarchus ἔσπευδε δεῖξαι πᾶσιν, ὡς ἐναντίαι | κατεῖχον αὐτὸν ἀντιπράττουσαι τύχαι (115 sq.). Videlicet iniuriae fortunae populi peccata sive discidia sunt, quae poeta tecte significare maluit et hic et Av. 121 sq. μετῆλθεν ἡμᾶς οὐχ ὁ βάρβαρος δόλος, | ἀλλ' ἡ καθ' ἡμᾶς συγγενὴς ἁ μ α ρ τ ί α[2]). Condicionalis vero sententiae structura Pisidae ingenio quam maxime consentanea est cf. P I 136 sqq. καταστρατηγεῖς <τοῦ> Φαραὼ τοῦ δευτέρου, | εἰ δ ε ύ τ ε ρ ό ν τ ι ς ο ὐ χ ἁ μ α ρ τ ή σ ε ι λ έ γ ω ν | τὸν ὡς ἀληθῶς πρῶτον εἰς ἁμαρτίαν, 174 sqq. σὺ δέ, κράτιστε, τὴν ἄυπνον ἑσπέραν | εἰθισμένως ἔτεμνες, ε ἴ π ε ρ ἑ σ π έ ρ α ν | κ α λ ε ῖ ν π ρ ο σ ή κ ε ι τὴν δι' ὑμῶν ἡμέραν, H I 150 sq. θᾶττον

[1]) Scilicet primi versus hemistichium apud Quercium desideratur.

[2]) Adde H I 152 sqq. οὐκ ἤρκεσάν σοι φροντίδων πολυτρόπων | ἐ μ φ υ λ ί ω ν τε καὶ ξένων καὶ βαρβάρων | ἄλλαι μετ' ἄλλας συμπλοκαὶ καὶ συγχύσεις cl. Suppl. IV 94 sqq. Factionum discordiis civitatem post Phocae interitum in perturbationem coniectam fuisse docet H II 34 sqq., ac simul Heraclii in seditionibus sedandis sollertia praedicatur Av. 104 sqq. — Sed v. 169 οὐκ εὐλαβήθης τὰς ἐνοχλούσας νόσους falso Quercius ad morbos intestinos, ex civilibus dissidiis ortos rettulit cf. 'Wiener Studien' vol. XIII p. 45.

λογισμοῦ καὶ σχεδὸν πρὸ τῆς [1]) τύχης, | εἴπερ τίς ἐστι καὶ τυραννίδος μάχη, II 162 sqq. τὴν δραστικήν τε καὶ μετ' ἔργων ἐμπόνων | ὡς ἐν παρέργῳ συμφορὰν τοῦ Δούβιος [2]), | εἴ γε προσήκει συμφορᾷ παρεικάσαι | τὴν εὐσεβοῦντι δεσπότῃ πορθουμένην | ἢ δυσσεβοῦντι Χοσρόῃ σεσωσμένην, Hex. 489 sq. φρυκτοὺς δέ σοι δείκνυσιν ἄνθρακας λάλους, | εἴπερ λαλοῦσιν ὄντες ἠνθρακωμένοι, 1332 sq. καὶ πολλὰ κράζει καὶ λαλεῖ καθ' ἡμέραν, | εἴπερ τίς ἐστι καὶ παρ' ὀρνέοις λόγος cl. P II 288 ὁ δυστυχήσας εὐτυχῶς, εἰ δεῖ λέγειν [3]).

Ex Hexaëmero quinque glossae petitae sunt:

23) vol. I 2 p. 665, 14 sqq. εὐφρόνη· ἡ νύξ (fr. 98 sq.):

τίς τὸν μεγιστόφωνον ἔνδον τῆς στέγης
ἔπεισεν ὄρνιν ὡρολογεῖν τὴν ἑσπέραν.

= Hex. 1113 sq., ubi recte εὐφρόνην extat. Nec dubitari potest, quin ipse Suidas εὐφρόνην legerit, altera vero scriptura ex interpretamento orta sit. Idem error fortasse etiam alios quosdam Pisidae locos occupavit, unde factum est, ut vocis εὐφρόνη unicum praeterea exemplum incolume evaderet: P II 365 λαβεῖν συνεργὸν τοῦ σκοποῦ τὴν εὐφρόνην. Sane νὺξ (P I 104. 172, III 200, Av. 192, R 23, Hex. 19), νυκτὸς (Av. 362, H II 104, R 75, Hex. 368. 858. 1890), νυκτὶ (R 76), νύκτα (P II 369, III 236, Hex. 11. 200) propter metri compages ab interpolatione vacant, sed correctoris error versus invadere potuit, quibus nunc ἑσπέραν (P I 108. 174. 175, Hex. 144. 201. 599, Suppl. XLV 4) [4]) vel ἑσπέρας (H I 80, Hex. 221) comparet. Nostro autem loco anapaestus in quarto trimetri pede a Byzantinorum consuetudine abhorrens memoriae oblitterandae ansam praebuit in V (ἔπεισεν ὄρνιν ὡρολογεῖν εὐφρόνην), M (ἔπεισεν ὄρνιν ὡρολογεῖν εὐφρόνως), B (ἔπεισεν ὄρνιν ὡρολογεῖν τὴν νύκτα). — Ceterum ales, quem nunc epitheto μεγιστόφωνος Pisides ornat, Van. 127 ἄφωνος ὄρνις, ἄγγελος τῆς ἡμέρας adpellatur. Quam scripturam (= Vp) inepte explicat Quercius, optime vero codicum LT lectio εὔφωνος in gallum quadrat 'auroram clara consuetum voce vocare' [5]).

24) vol. I 2 p. 696, 4 sqq. ἐχῖνος (fr. 100 sqq.):

ποῖος δὲ Νηρεὺς τῶν ἐχίνων τοῖς σάλοις

[1]) Bekkeri emendationem pro πρώτης recepi.

[2]) Δούβιος egregie ex δ' ὁ βίος effecit Gelzer Byz. Ztschr. vol. III p. 353 n. 2, συμφορὰν ipse pro συμφορᾶς correxi.

[3]) Adde Hex. 1719.

[4]) Suspicionis immunitatem habent P III 311 (ἐπεὶ δὲ καὐτὰ τὰ πρὸς ἑσπέραν γένη) et S 464 (πλὴν εἴθε σοι γένοιτο κἂν πρὸς ἑσπέραν), ubi Occidentis notio subiecta est.

[5]) Ἔμφωνος perperam in M extat, qui etiam falso ἄγγελοι pro ἄγγελος praebet; hemistichium ἄγγελος τῆς ἡμέρας P III 185 recurrit.

προβλεπτικὰς δίδωσιν ἐν βυθῷ κόρας,
ὅπως φύγωσι πρὸ ζάλης τὰ τῆς ζάλης;

= Hex. 1162 sqq., ubi recte φυγόντες legitur. Nimirum Suidas versu 1165 (εἰς τὴν γαλήνην προσρυῶσι τῶν λίθων) neglecto coniunctivum post ὅπως desiderans eo adductus est, ut poetae contextum interpolaret. Lexicographo imputari non debet Quercii scriptura τοῖς (pro ποῖος) ex antiquioribus editionibus (ad fr. 100) recepta, siquidem ποῖος rectissime AV suppeditant; corrupta vero sunt verba τῶν ἐχίνων τοῖς σάλοις, quae im MVp recurrunt; Morellus τοῖς ἐχίνοις ἐνσάλοις exhibuit, sed valde dubito, num codicum memoriam expresserit, quemadmodum etiam Quercii et Hercheri lectio τοῖς ἐχίνοις ἐν σάλοις videtur librorum fide destituta esse. Hic quidem ἐν σάλοις propter locutionis ἐν βυθῷ viciniam summopere friget, ac bene sensit Morellus adiectivum ἔνσαλος de echino marino vix dici potuisse [1], quapropter τοῖς ἐχίνοις τῆς ἁλὸς in margine coniecit perinde ac Kuester ad Suidam temptabat. Attamen voce ἅλς numquam Pisides utitur [2], omnes autem numeros explet ac simul mendi originem codicum TN traditio τοῖς ἐχίνοις τῶν σάλων detegit. De genitivi usu cf. Hex. 1005 τῆς θαλάσσης τοὺς λόφους, 1517 καὶ τῶν ἀφώνων τῆς θαλάσσης ἰχθύων, 1583 εἰσὶν δὲ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης κοχλίαι, Suppl. I 32 τῶν ἀφρομόρφων τῆς θαλάττης πνευμόνων. Plane similiter καρκῖνος ἐλθὼν ἐκ βυθοῦ θαλαττίου (Hex. 1561) adpellatur ὁ τοῦ σάλου κλέπτης (ib. 1565) cf. insuper 1731 sq. καὶ δυςκαθέκτοις ἀντινήχομαι σάλοις, | ὡς οἱ πλέοντες ἐν βυθῷ θαλαττίῳ cl. 1567 ἰχθὺς δὲ πνεύμων τοῖς σάλοις ἐπιπνέων.

25) vol. II 2 p. 985, 17 sqq. (ad σύριγξ) Πισίδης (fr. 144 sqq.):

τίς τὴν μέλιτταν τὴν σοφήν, τὴν ἐργάτιν
γεωμετρεῖν ἔπεισεν . . . .
ποιεῖν δὲ τὰς σύριγγας οὐκ ἐπ' εὐθείας;

= Hex. 1165 sqq., ubi haec leguntur:

τίς τὴν μέλιτταν τὴν σοφήν, τὴν ἐργάτιν,
γεωμετρεῖν ἔπεισε καὶ τριωρόφους
οἴκους ἐγείρειν ἑξαγώνων κτισμάτων,
ποιεῖν δὲ τὰς σύριγγας οὐκ ἐπ' ὀρθίας
γραμμῆς διευθύνουσαν, ἀλλ' ἐγκαρσίας [3]);

---

[1]) Composita ἄσαλος, ἐπίσαλος, πολύσαλας, ὑπόσαλος nihil iuvant.

[2]) Hex. 1020 (ἁλσὶν) de sale sermo est.

[3]) Sic reposui ex MTNB pro ἐγκαρσίαν (Morellus, Quercius), quae varietas falsam constructionem διευθύνουσαν, ἀλλ' ἐγκαρσίαν invehit. Ἐγκαρσίως Vp offerunt, itaque

Poetae igitur oratio in angustum coacta est, cum Suidae maxime interesset, ut versum 1168 adponeret; cui rationi cumulatissime satisfecit verbis τίς — ἔπεισε praemissis cf. num. 22. 27. 28. Trimetri vero hemistichium omissum correctori male sedulo fucum fecit, qui Εὐκλείδου νόμος post γεωμετρεῖν ἔπεισε(ν) adiecit [1]), haudquaquam ipsius Pisidae exemplo permotus [2]), sed proverbii consuetudine innixus [3]). — Etiam versus 1169 commode praetermitti poterat, quia vocis γραμμή ellipsis nullam dubitationem habet [4]), sed rarius adiectivum ὀρθίας [5]) vulgatior locutio εὐθείας extrusit, quae etiam in B conspicitur, metri legibus reluctantibus. Interpolandi vero ansam meo quidem iudicio S. Basilii memoria praebuit, Homil. in Hexaëm. VIII 4 (Patr. Gr. vol. XXIX p. 173 D sq.) ἔπειτα διώροφοι καὶ τριώροφοι αἱ σύριγγες αὗται ἀλλήλαις ἐπῳκοδόμηνται. Ἐφυλάξατο γὰρ μίαν ποιῆσαι διαμπερὲς τὴν κοιλότητα, ἵνα μὴ τῷ βάρει τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ἐκτὸς διεκπίπτῃ. Κατάμαθε, πῶς τὰ τῆς γεωμετρίας εὑρέματα πάρεργά ἐστι τῆς σοφωτάτης μελίσσης· ἑξάγωνοι γὰρ πᾶσαι καὶ ἰσόπλευροι τῶν κηρίων αἱ σύριγγες, οὐκ ἐπ' εὐθείας ἀλλήλαις κατεπικείμεναι, ἵνα μὴ κάμνωσιν οἱ πυθμένες τοῖς διακένοις ἐφηρμοσμένοι· ἀλλ' αἱ γωνίαι τῶν κάτωθεν ἑξαγώνων βάθρον καὶ ἔρεισμα τῶν ὑπερκειμένων εἰσίν, ὡς ἀσφαλῶς ὑπὲρ ἑαυτῶν μετεωρίζειν τὰ βάρη καὶ ἰδιαζόντως ἑκάστῃ κοιλότητι τὸ ὑγρὸν ἐγκατέχεσθαι. Ex qua relatione Pisidae de apibus versus (1165—1179) fluxisse facile perspicitur, praesertim si praeterea 1165 sq. τίς τὴν μέλιτταν τὴν σοφήν, τὴν ἐργάτιν [6])

Hercherianae editionis lectio ἐγκαρσίους tamquam ex V hausta nullam auctoritatem habet. Adde quod accusativus ad σύριγγας spectans loci sententiam corrumpit. In nostra vero scriptura invicem sibi respondent ἐπ' ὀρθίας γραμμῆς et (ἐπ') ἐγκαρσίας (γραμμῆς), qua ratione ὄρθιος et ἐγκάρσιος coniungit Perdiccas Ephesius Patr. Gr. vol. CXXXIII p. 968 B

[1]) Sed interpolatione optime caret Lexicographi codex V.

[2]) Cf. Hex. 1176 sqq. γεωμετρῶν ἐντεῦθεν, Εὐκλείδη, σκόπει, | καὶ σχῆμα μηδὲν γραμμικὸν παραξέσῃς, | μήπου σε κέντρον τῆς σοφῆς διδασκάλου | πλήξῃ μελίττης καὶ μαθεῖν ἀναγκάσῃ.

[3]) Cf. de araneo Aelianus N. A. VI 57 Εὐκλείδου δέονται οὐδέν, Christophorus Mytilenaeus CXXII 82 ('Eos' vol. V p. 11) μαθὼν ἐκείνας οὐκ ἀπ' Εὐκλείδου γράφειν. Apes et araneas Gregorius Nazianzenus Or. XXVIII 25 (Patr. Gr. vol. XXXVI p. 60 D) respicit ποῖος Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα γραμμαῖς ἐμφιλοσοφῶν ταῖς οὐκ οὔσαις καὶ κάμνων ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν;

[4]) Cf. Bos — Schaefer, Ellips. Gr. p. 56 sq.

[5]) Similiter ἡ ὀρθία (scil. ὁδός) Pisides ex nostra emendatione (Stud. p. 21 n. 1) dixit Av. 509; cf. Thucydides V 58 καὶ Κορίνθιοι καὶ Πελληνῆς καὶ Φλιάσιοι ὄρθιον ἑτέραν ἐπορεύοντο.

[6]) Sed a Pisida aliena esse verba (Hex. 1343) βοὸς δὲ τὴν μέλισσαν τὴν φιλεργάτιν optime vidit Hilbergius Byzant. Zeitschr. vol. VII (1898) p. 338 n. 1, ac revera omittunt MVpTN. Quae quidem ex Aeliano N. A. II 57 καὶ ἀποθανὼν δὲ βοῦς γενναῖόν τι χρῆμα καὶ ἀξιέπαινον· μέλιτται γοῦν ἐκ τῶν ἐκείνου λειψάνων ἐκφύονται, ζῷον φιλεργότατον originem videntur traxisse, eidemque auctori apis epitheton φιλεργὸς sublegit Philes de anim. propr. 526. 533. 547. 552. 564. 570 cf. etiam N. A. V 12.

| γεωμετρεῖν ἔπεισε et Basilii verba ibid. p. 173 C καλῶν καὶ πρεπόντων αὕτη τῶν ἐπαίνων παρὰ τῆς παροιμίας τετύχηκε, σοφὴ καὶ ἐργάτις ὀνομασθεῖσα componuntur [1]); vix enim ipsum Sacrae Scripturae locum (Prov. VI 8) poeta adiit: ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε, ὡς ἐργάτις ἐστι, τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖται· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προςφέρονται· ποθεινὴ δέ ἐστι πᾶσι καὶ ἐπίδοξος, καίπερ οὖσα τῇ ῥώμῃ ἀσθενής, τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη.

26) vol. I 2 p. 377, 4 sqq. ἐπείκτης· ὁ κατεπείγων. Πισίδης (fr. 93 sq.):

ὅπως ὑφέξει τοῖς ἐπείκταις ἀγγέλοις
τοὺς συλλογισμοὺς τῶν χρεῶν καὶ τῶν τόκων.

= Hex. 1480 sq. Quae glossa permagni est momenti, si in iudicium vocatur n. 27) vol. II 1 p. 556, 12 sqq. λειτουργία· κυρίως ἡ δημοσία ὑπηρεσία· παρὰ τὸ λήϊτον καὶ τὸ ἔργον. Πισίδης (fr. 114 sq.):

ὅπως ὑφέξει τῶν χρεῶν καὶ τῶν τόκων
ἅπασαν ἁπλῶς ψυχικὴν λειτουργίαν,

cuius fons est Hex. 1480 sqq.

ὅπως ὑφέξει τοῖς ἐπείκταις ἀγγέλοις
τοὺς συλλογισμοὺς τῶν χρεῶν καὶ τῶν τόκων
καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῆς γεώδους καρδίας
σπόρου τε καρπὸν καὶ σπορᾶς ἀκαρπίαν,
ζυγοῦ τε λεῖμμα καὶ ῥοπῆς εὐσταθμίαν,
καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ψυχικὴν λειτουργίαν.

Scilicet vocis λειτουργία testimonium excitaturus versuum 1482—1484 nullam rationem Suidas habuit; sed imprudenter officio suo functus est, cum verbum finitum, ex quo accusativus pendet, servans, v. 1480 sq. in unum trimetrum contraxit. Longe enim melius ὅπως ὑφέξει τοῖς ἐπείκταις ἀγγέλοις quadraret, quoniam genitivi τῶν χρεῶν καὶ τῶν τόκων ad λειτουργίαν neutiquam pertinere possunt. Totam vero varietatem ipsius Lexicographi arbitrio deberi num. 26 luculente docet simulque causa perlucet, cur 1485 καὶ πᾶσαν in ἅπασαν permutarit. Nullius autem pretii est scriptura ὑφέξῃ (Qu. fr. 93 et 114), a Suida alienissima, siquidem utro-

[1]) Basili imitatorem haud raro Pisides se praestat, sed nihilominus falsa est codicis T inscriptio f. 1r Γεωργίου διακόνου τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ῥαιφερενδαρίου τοῦ Πισίδους στίχοι πολιτικοὶ εἰς τὴν Ἑξαήμερον τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ubi ῥεφερενδαρίου et τὸ (pro τὴν cf. Suicer Thes. Eccles. vol. I p. 1133) falso enotavit Pasinus, Codd. Mss. Bibliothecae Regii Taurinensis Athenaei vol. I p. 485.

bique optimus liber A in lectione ὑφέξει cum Hexaëmeri codicibus concinit. Etenim post tempus praesens [1]) particula ὅπως praeter coniunctivum (P I 59, H I 96, R 113, Hex. [2]) 255 sqq. 313 sqq. 402 sqq. 604 sq. 608 sqq. 655. 734 sqq. 831. 1164. 1190. 1226. 1392. 1527, Van. 85, Suppl. III 83, IV 149 sqq., An. p. 1709 A. 1713 B. 1716 B) et optativum (P III 433 et Hex. 724) [3]) etiam indicativum futuri secum ducit (cf. Hex. 263 τάξιν τε δεικνὺς τῆς ἀτάκτου τετράδος, | ὅπως ὁ κόσμος οὗτος, ὡς οἶκος μέγας, | ἄρρηκτος ἔσται), unde futurum cum coniunctivo copulatur Hex. 234 sqq. τρέχει δὲ τῷ σύμπαντι τὴν ἐναντίαν, | ὅπως ἀκλινὴς τῆς φορᾶς ἡ σφοδρότης | ἐξ ἀντιπλεύρων σφίγγεται καταδρόμων | καὶ μὴ ῥαγῇ τὸ σφῖγμα τῶν κυλισμάτων | ἐν τῇ κατ' εὐθὺ τῶν ἐλασμάτων τάσει, | ἀλλ' ὥςπερ εἰς σύνδεσμον ἀντεσφιγμένος | τοῖς ἀνθελιγμοῖς [4]) συγκρατῆται τοῦ τάχους, cum σφίγξεται ex Hercheri coniectura scribendum sit [5]), quamquam σφίγγεται adgnoscit Tzetzes ad Lycophr. 1467 (fr. 185 Qu.). Sed alia eiusdem constructionis exempla (cf. Kuehner ausf. Gramm. ²II 2 p. 893) non satis certa esse videntur, veluti Hex. 255 sqq. τὰς ἐντεθείσας ἐκνοτίζειν ἰκμάδας, | ὅπως γένηται μῖξις, ὥςπερ ἐν γάμῳ, | καὶ συζυγέντων πρὸς τὸ τίκτειν τῶν δύω | εὔτεκνα δείξει τῶν σπαρέντων τὰ βρέφη, ubi Hercheri emendationem δείξῃ confirmant MVpN [6]). 313 sqq. καὶ θερμὸν ὑγρῷ συμπλέκεις ὁδοιπόρῳ, | ὅπως κερασθῇ τῇ μεσαζούσῃ σχέσει | ἡ τῶν ἐν αὐτοῖς ποιοτήτων ἀκρότης, | καὶ μήτε φλέξει δραστικῶς ἡ θερμότης, | ὑγρᾶς ἐν αὐτῇ μὴ παρούσης ἰκμάδος, | μήτε πρὸς ἄκραν ἐξολισθήσῃ χύσιν, quo loco scripturam

---

[1]) Quinam usus sit post tempus historicum Stud. p. 11 sq. docui.

[2]) Sed Hex. 1159 sq. ἄλλας δὲ ποιεῖν ἀντισυνθέτους, ὅπου | τὸ χῶμα τῆς γῆς τὰς ὀπὰς ἀποκρύβοι male Hercher ὅπως—ἀποκρύβῃ edidit. Omnino reponendum: ὅπου — ἀποκρύβει ex VpT, quam scripturam etiam falsa codicis M varietas ὅπου—ἀποκρύπτει significat. In vita Anastasii ἀποκρύπτεις (p. 1717 B), ἀποκρύπτοντες (p. 1689 C), ἀποκρύπτεσθαι (p. 1685 B) habes cf. insuper κρύπτεται (p. 1692 D), κρυπτόμενον (p. 1705 A), κρύπτειν (p. 1697 C), ac similiter κρύπτειν legitur Av. 425, sed forma (ἀπο)κρύβειν suspicionem nullam movet cf. Lobeckius ad Phrynich. p. 317 sq. et Nauckius Mélanges Gréco-Romains vol. IV p. 318. — Interpolata est codicis N memoria: ὀπὰς | και χώματι γῆς τὰς ὀπὰς ἀποκρύβειν.

[3]) Accedit Hex. 604 sq. ἐν συστολῇ δὲ δεικνύων καὶ τὴν κτίσιν, | ὅπως, ἐάν τις ἐξερευνῆσαι λόγῳ | τὴν σὴν ἀνεξεύρητον οὐσίαν θέλῃ, | πρῶτον λάβοι κάλυμμα τὴν στυγνὴν κτίσιν, | καὶ τὴν ὁμίχλην ἐκπλαγεὶς ὑποστρέφοι, ubi Hercher ex V (= p) λάβῃ, ex A (= Vp) ὑποστρέφῃ recepit. Etiam 1527 οὐχ ὡς λίθος δρῶν, ἀλλ' ὅπως μάθῃς, ὅτι Tp_2N μάθοις suppeditant.

[4]) L. ἀντελιγμοῖς cum MpTNB cf. infra p. 125 n. 5.

[5]) De sensu passivo cf. Kuehner-Gerth, ausführl. Gramm. vol. II 1 (1898) p. 114 sqq.

[6]) In T altera vocis syllaba evanuit.

φλέξῃ ex B ab Herchero depromptam MVpTN comprobant, neque 734 sqq. ὀπὴν δὲ μικρὰν ἐξανοίγει τῷ πόρῳ, | ὅπως τὸ πνεῦμα τῶν ὀχετῶν διατρέχον | μήτε στενωθῇ, τῆς ὁδοῦ πεφραγμένης, | καὶ πνευματώσῃ καὶ σκοτώσῃ τὴν θέαν, | καὶ τὰς ἐπιχύσεις προςπλάσῃ ταῖς ὄψεσι, | μηδ' αὖ ταράξῃ καὶ θολώσῃ τὰς κόρας codicis B varietas σκοτώσει — προσπλάσει in censum venit [1]). — Ceterum scripturae ὑφέξῃ (pro ὑφέξει) aliud exemplum admoveri potest, quod eadem ratione explicari debet: S 51 sqq. ἐφῆκε φύρσιν δογματίζειν ὁ δράκων, | ὡς ἂν δι' αὐτοῦ καὶ καθ' ἡμῶν ἡ πλάνη | δόξῃ χορεύειν καὶ παρέξῃ τοῖς μάγοις | λαβὰς γελώτων καὶ συνάξεις παιγνίων. Etenim παρέξῃ Quercii libido peperit, cum V distincte παρέξει
ει
praebeat, neque codicis p varietas παρέξῃ iuvat, quia παρέξῃ nullam explicationem admittit. Ac primo quidem obtutu coniectura παράξῃ (vel παρέλξῃ) sponte se offert, sed re adcuratius examinata indicativus futuri genuinae memoriae speciem obtinet. Nimirum ὡς ἂν sensu finali [2]) Pisides perinde atque ὅπως adhibet particulae ἂν ratione non habita; itaque praesens tempus coniunctivus excipit (Hex. 708 sq., Van. 96, S 163. 256. 362. 391. 523, Suppl. II 62) vel optativus (Van. 221), post tempus historicum coniunctivus legitur Van. 138 sqq. [3]) et S 494. Quae observatio etiam de μήπως valet, sicuti Hex. 1636 sqq. demonstrat: ὑμὴν φλογώδης λεπτὰ τείνων σπαρτία, | μήπως βαρυνθῇ τῶν ὀπῶν ἡ χαυνότης | καὶ θλῖψιν ἕξει τῇ δέσει τοῦ σφίγματος, | κἀντεῦθεν ἰκμὰς τῆς ὀπώρας ἐκπέσῃ [4]) | σήψῃ τε κόκκος κόκκον ἄλλον ἐκρέων, ubi codicum scri-

[1]) Nihili est perfecti forma S 42 εἴπερ δι' ἡμᾶς τοῦ Λόγου σαρκουμένου | σπινθῆρας ἡμῖν δυςσεβεῖς ὑποφλέγει, | ὅπως ἐφεῖται τοῖς ὁδηγοῖς τῆς πλάνης | κενταυρόμορφον δογματίζειν εἰκόνα, ubi interpunctione post ὑποφλέγει adiecta corrigendum: οὕτως (καὶ νῦν?) ἐφεῖται cf. 51 sq. ἐντεῦθεν, οἶμαι, τοῖς Σεβήρου συμπόνοις | ἐφῆκε φύρσιν δογματίζειν ὁ δράκων cl. Hex. 742 καὶ νῦν ἐφεῖται τῆς ζοφώδους καρδίας | δᾳδοῦχον εἶναι τὴν ῥοπὴν τῶν ὀμμάτων. — Haud meliorem formam συγκρατεῖται (Hex. 238) Hercher cum V(= p) extrusit, quocum indicativus ζητεῖ Hex. 610 pro ζητῇ in TN falso traditus comparari potest. Sed Hex. 103 κάτωθεν ἄλλη φαίνεται κεκρυμμένη, | ὅπως ἔχει στήριγμα τὴν ἐν σοὶ βάσιν optime Hercher ex B (= VpTN) ὅμως rescripsit.

[2]) Aliud ὡς ἂν habes Hex. 1387 εἰ τοὺς ἰατροὺς τοῦ γεώδους σαρκίου | ἄγειν ἐῶμεν καὶ φέρειν τὰ σώματα, | ὡς ἂν δοκῶσι (prout statuant) et S 239 καὶ πολλὰ παίζεις (sic V clare praebet, non πέζεις), ὡς νομίζεις, τὸν λόγον, | ὡς ἂν δοκῇ σοι, unde tuearis H II 141 ὡς ἄν τις εἴπῃ, quamquam ὡς ἄν τις εἴποι Hex. 1707 (εἴπῃ Vp) et Suppl. I 112 extat. — Aliud ὡς ἂν (sive potius ὡςὰν: veluti) Hex. 692 sq. legitur: ὡς ἂν δέ τις δέσποινα τῆς οἰκουργίας | κινεῖ πρὸς ἔργα τοὺς ἑαυτῆς ἐργάτας cf. insuper Av. 406 λαβόντες εἶχον ὡςανεὶ τὰς ἀσπίδας et Kuehner-Gerth vol. II 1 p. 243 sqq.

[3]) Cf. Stud. p. 126.

[4]) Consulto omisi 322—325 ἐν οἷς τὰ πολλὰ λεπτὰ τείνει σπαρτία, | μήπως βαρυνθῇ τῶν ὀπῶν ἡ χαυνότης κτλ. usque ad ἐκπέσῃ, quandoquidem versus spurii sunt neque in MVNB occurrunt (323—325 om. p).

ptura ἕξει extra omnem dubitationem posita est. Itaque coniunctivus ex usu magis communi et post tempus praesens (Hex. 112. 117 sqq. 1008. 1216 sq. 1696. 1700 sq., Van. 260 sq., S 643)[1]) et post tempus historicum (P II 346 sq., Av. 188, H II 54, Hex. 1170) comparet. Videlicet μήπως ex Pisidae sententia negantem coniunctionis ὅπως formam repraesentat, id quod optime docet Hex. 1705 sqq. τῇ μηδαμοῦ πρόςεστιν ἀντισυνθέσει, | μήπως μερισθὲν τῇ διχῇ διαστάσει | τὸ μηδαμοῦ μὲν εἰς ἀνούσιον ῥέποι, | τὸ πανταχοῦ δὲ τοῖς μερισμοῖς[2]) ἁρμόσοι, | ἀλλ' ἀντιγόμφοις, ὡς ἂν εἴποι τις, λόγοις | τὸ πάντα καὶ ἓν καὶ τὸ μηδαμοῦ πάλιν, | τῇ πανταχοῦ σφίγγοντες ἀντιφθογγίᾳ,[3]) | στεῤῥὸν τὸ βάθρον πήξομεν τῶν δογμάτων, ubi πήξομεν metri lex vindicat[4]). Nimirum post ἀλλ' affirmativa coniunctio ὅπως supplenda est, cuius generis alterum exemplum Hex. 115 sqq. recurrit: παρακρατεῖ τὸ σφῖγμα τῶν κυλισμάτων | εἰς τὴν κατ' εὐθὺ τῶν ἐλασμάτων τάσιν, | μήπως καταχθῇ τῆς φορᾶς ἡ σφοδρότης | ἐν τῇ κενώσει τῶν τομῶν καταδρόμων, | ἀλλ' (scil. ὅπως) ὥςπερ εἰς σύνδεσμον ἀντεσφιγμένον | τοῖς ἀνθελιγμοῖς[5]) συγκρατῆται[6]) τοῦ τάχους — Nec scrupulum movent optativi ῥέποι (1705) et ἁρμόσοι (1706) post πρόςεστιν, licet ῥέπῃ et ἁρμόσῃ Hercher reduxerit. Optativum cum coniunctivo in Vp et librarius et corrector consociant ($\overset{\text{οι}}{\text{ῥέπη}}$ — $\overset{\text{η}}{\text{ἁρμόσοι}}$), sed optativum utrobique MTN adgnoscunt. Quae scripturae ambiguitas etiam alibi obvenit, veluti Hex. 276 τὴν δ' αὖ φέρειν ἔνομβρον ἐξ ἔθους ὕδωρ, | μήπως τὸ θερμὸν φθαρτικῶς ὑπερβράσῃ, quo loco rarior optativi forma ὑπερβράσοι a M oblata praestat[7]), 544 τὴν γῆν ποτίζων καὶ δροσίζων εὐθέτως | τὴν ξηρότητα ταῖς ἐνύγροις ἰκμάσι, | μήπως ὑποκλάσασα τῇ ξηρᾷ ζέσει | στεῖρα προέλθῃ πρὸς γονὴν τῶν σπερμάτων, ubi MTN προέλθοι commendant, 596 ἐκ τῶν ἄνω κάτελθε καὶ λάλει κάτω, | μήπως ἐπαρθεὶς τῷ μεταρσίῳ θράσει, | ὥςπερ νεοττὸς αἰετοῦ, καὶ μὴ θέλων | αὖθις κατέλθῃς, ubi κατ-

[1]) Cf. praeterea An. p. 1701 C.

[2]) Sic lego cum MVTN pro μεριστοῖς cf. Hex. 638.

[3]) Vulgatam scripturam ἀντιφθεγγίᾳ ex MVpTN_2 correxi.

[4]) Sed Hex. 1008 τίς καὶ τὰ κήτη, τῆς θαλάσσης τοὺς λόφους, | ἐν ταῖς ἐρήμοις τῆς ἀβύσσου συλλέγει, | μήπως ἐπειςφρήσαντα ταῖς λεωφόροις | ὁδοστατήσει καὶ ταράξει τὰ σκάφη Hercheri memoriam ὁδοστατήσῃ καὶ ταράξῃ ex B receptam firmant MVpN (ὁδοστατήσει καὶ ταράξῃ T).

[5]) L. ἀντελιγμοῖς cum pTN cf. p. 123 n. 4.

[6]) Lectionem συγκρατεῖται Hercher ex V (= p) correxit.

[7]) Cf. ὑποβράσοι T, $\overset{\text{η}}{\text{ὑπερβράσοι}}$ Vp. Ceterum Hercher ὑπερβράσῃ ex B (= N) pro ὑποβράσῃ suo iure correxit cf. H I 24 ἕως σὺν αὐτῷ καὶ τὸ πῦρ ὑπερβράσαν. Falso autem ex Pisidae versu vocem ὑποβράσσειν Boissonade in Thesauro Didotiano (vol. VIII p. 299 D) elicuit cf. Av. 204 ἔβραζεν, Hex. 938 βράζον, Van. 147 βράζει.

έλθοις Mp_2TN offerunt, 653 παρακρατεῖ δὲ σπονδύλοις τὸν αὐχένα, | μήπως ὄλισθον τῇ περιστροφῇ πάθοι, quo loco optativum ab Herchero ex B sublatum confirmant MVpTN. Optativum vero cum coniunctivo Pisides coniunxisse videtur Hex. 344 sqq. καὶ συμφυλάττων τὰς συνεκτικὰς θύρας, | μήπως ὄχημα τοῦ συνήθους ἐκδράμῃ | καὶ σκύλμα πέμψῃ καὶ ταράξῃ τὴν θέαν, | δημοφθόρου τε φύρσιν ἐμβάλῃ μάχης, quoniam ἐκδράμοι MV_1p_1TB exhibent, et Van. 260 sqq. τῇ τοῦ λόγου μάστιγι συλλέγει φόβῳ, | μήπως ὁμοφρονοῦσα τῷ συνεργάτῃ | θυμῷ ταράξῃ τὸν διφροστάτην λόγον, | μέσον δὲ τούτων εὑρεθῇ πεφυρμένον | ὄχημα λαμπρὸν ἐκ Θεοῦ πεπηγμένον, ubi ταράξοι V offert. Quae constructionis ratio non solum post ὅπως (cf. Stud. p. 11 n. 2), verum etiam post ἵνα, ὡς, μὴ comparet cf. a) An. p. 1684 A γαλουχεῖ τὸ βρέφος τῷ τῆς μαγείας μαζῷ, ἵνα τροφὸν ἔχων ἀσέβειαν μὴ διδαχθῇ τὴν εὐσέβειαν, ἀλλ' ὡς ἐκ γενετῆς τυφλὸς (sic recte Escurialensis pro τυφλὸν praebet) ἀγνοήσῃ [1]) τὸν ἥλιον καὶ τῷ σκότῳ τῆς πλάνης ὡς νυκτερὶς ἐπιτέρποιτο [2]); — b) Van. 134 sqq. εἰ μήτις αὐτοῖς σωφρονῶν ἀντεμβάλλοι | τὸ γνωστικὸν φρόνημα τῆς συμμετρίας, | ὡς μήτε χαύνως μήτε μὴν ὑφειμένως | κινῶν τὰ νεῦρα τῶν ἐν ἡμῖν ὀργάνων | λύσῃ τὸν ἁρμόζοντα τῇ ψυχῇ τόνον, | μηδ' αὖ βιαίᾳ καὶ βαρείᾳ συντάσει | φύρῃ τὰ κοινὰ ταῦτα τοῦ βίου μέλη [3]), | ἴσῳ δὲ ῥυθμῷ συμβιβάζοι τὴν λύραν, ubi λύσῃ ex MVpL, φύρῃ ex VpTL, συμβιβάζοι ex VTL pro λύσει — φύρει — συμβιβάζει repono [4]); — b) Suppl. LXXI

[1]) Ἀγνοήσοι ex libidine Migne edidit.

[2]) Ἐπιτρέποιτο falso tamquam ex Laur. edidit Quercius. — Reliquis locis tempus praesens (An. p. 1689 A, 1704 A. B. D) vel historicum (p. 1684 C) coniunctivus excipit, optativus post praesens tempus habes An. p. 1680 A et 1696 B, tempore historico praemisso inter optativum et coniunctivum memoria fluctuat p. 1707 C ἐπειρᾶτο διαναστῆσαι καθεύδοντα, ἵνα τὸ θέαμα μεριζόμενος ἐπελαφρύνοιτο (sic Laur., ἐπελαφρύνῃ Esc.) τὴν ἔκπληξιν. — In carminibus ἵνα non usurpatur; etenim P II 266 ἐξεῦρες, ὦ κράτιστε, τοῖς μὲν βαρβάροις | δείξας πρόσωπον ἐκδρομῆς ἐψευσμένης, | θήγων δὲ τὸν νοῦν τὸν σόν, ἵν' εὐμηχάνως | στραφεὶς ἐκείνοις τὰς ὁδοὺς ὑφαρπάσῃς corruptelam metri leges arguunt, quibus Hilbergii coniectura ('Wiener Studien' vol. IX p. 212) satisfaceret, nisi vitium latius serpsisse parsuasum haberem; cui iudicio inprimis inepta codicis M varietas θήγων δὲ τὸν νοῦν ὥστε καὶ τὴν αἰτίαν favet.

τως κατὰ μικρὸν ἐν δεινοῖς παρέδωκε τὴν πονηρὰν αὐτοῦ ψυχήν. Nec dubitari potest, quin ante fragmenta nostra in vicinia conlocati fuerint versus, quos e Theophane p. 326, 27 sq. recte mihi extricasse videor (Stud. l. c.) ἄγουσιν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ σκότους, | ὃν αὐτὸς ὠχύρωσεν ἐκ νέας κτίσας. Adpositissime enim n. 38 conspirat narrationis ratio per tertiam personam numeri pluralis, qua de cf. P II 224 τὸν πρὶν στρατηγὸν εἰςάγουσι δέσμιον. Etiam transitus formula ἐπεὶ δὲ λοιπὸν Pisidae sermonem prodit cf. Av. 22. 113. 178. 214. 366, H II 34, sed verbum δεσμοῦν apud Pisidam non reperies[1]). — N. 70 recte ὑπεξελεύσεις in ἐπεξελεύσεις mutabat Schneider, quamquam errorem ipse Suidas commisisse putandus est aeque ac Theophanes p. 486, 10 (Boor) μετὰ τὰς ἀθέους ὑπεξελεύσεις ('animadversiones' vertit Anast. vol. II p. 325, 11; ἐπεξελεύσεις coni. Boor vol. II p. 778) et Genesius p. 29, 18 (Bonn) προςέταξε τὸν ὑπεύθυνον ἐλευθεριάσαι τῆς αὐθώρου ὑπεξελεύλεως[2]). Nec tamen Bernhardyi coniectura ἐμποίνους pro ἐμπόνους probanda est cf. H II 162 μετ' ἔργων ἐμπόνων cll. Suppl. IV 154 sq. καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῆς ἀνάγκης ὁ χρόνος | φράσαι συνεῖδεν ἐμπόνως τὰ ῥήματα et Theodosio Acr. II 13 ἕως στενάξας ἐμπόνως ἐξ ἐγκάτων[3]). Multo etiam infelicior eiusdem opinio est ὁ Χοσρόης δ' pro ὁ δὲ Χοσρόης emendantis, quae quidem contra Pisidae usum δ' in secunda arsi inculcet, caesurae autem defectui non succurrat. Ac vitium latius grassatum esse praeterea in sequentibus elisio ὑφίστατ' a Pisidae sermone alienissima comprobat: recto talo stare potest: ἐμπόνους δὲ Χοσρόης | ἐπεξελεύσεις ποικίλας ὑφίστατο[4]), sed corruptelae ratio potius eo inducit, ut verbis ἐπεξελεύσεις ποικίλας ὑφίστατο trimetri clausula δὲ Χοσρόης (sive ὁ Χοσρόης) praemittatur, ἐμπόνους autem ex versu amputato remansisse credamus, qui versum integrum exciperet[5]). — De versus exitu cf. P III 356 ὄψει δεδέντα τὸν δράκοντα Χοσ-

---

[1]) Δεσμεύειν occurrit An. p. 1704 B. 1705 A. C. 1720 A. 1721 A. B, ἐνδεσμεύεσθαι ibid. p. 1692 C.

[2]) Contra Herodoto I 176 ὑπεξιόντες et ὑπεξελθόντες perperam (cf. Baehr ad IV 120) librariorum incuria obtrusit, quemadmodum etiam apud Leonem Diaconum ὑπεξελάσεσι pro ἐπεξελάσεσι falso II 4 p. 21, 20 (Bonn) inrepsisse exempla ab Hasio p. 417 indicata docent. — Suidae mendum vel interpretatio ἐφευρέσεις (= ἔρευναι cf. Thes. III p. 1486 A s. v. ἐπεξέρχομαι) arguit; ceterum contraria ratione Lexicographus ἐπεξανῆπτον pro ὑπεξανῆπτον n. 48, 3 offert (p. 167 sq. infra).

[3]) Adde ex eodem auctore II 91 sq. καὶ στενάξας ἐκ βάθους | φωνὴν ἀφῆκε τοῖς πόνοις μεμιγμένην, ubi frustra Jacobsius στόνοις temptabat. Scilicet Ameras est ἔμπλεος πόνων (82).

[4]) Eandem versus clausulam habes P II 251 et Av. 37 cf. insuper ὑφίστασαι P I 44 et ὑφίστασο P II 34.

[5]) Suidae supplementum ὁ δὲ Χοσρόης ad loci sententiam explanandam adiectum esse vix probabile est cf. n. 16. 18. 37 cll. 40 et 65.

ρόην[1]), H I 11 βοᾷ, λαλεῖ σοι τὴν σφαγὴν τοῦ Χοσρόου, 14 ὁ πυρσολάτρης ἐζοφώθη Χοσρόης, 22 πάλιν παροινεῖ δυςσεβῶς ὁ Χοσρόης, 190 τὸ πῦρ γὰρ εἰκῇ προςκυνῶν ὁ Χοσρόης, 206 ἕως καθεῖλες <τὸν> [2]) παραβάτην Χοσρόην, II 193 ἕστηκεν ἐνθεὶς εἰς βυθὸν τὸν Χοσρόην, 217 σβεννὺς γὰρ αὐτοὺς ἔφλεγες τὸν Χοσρόην, 230 σπινθῆρα μικρὸν εἰς τὸ φλέξαι Χοσρόην, S 34 ἐπεὶ δὲ καὶ ζῶν καὶ θανὼν ὁ Χοσρόης, 47 οὐκ ἦν γάρ, οὐκ ἦν τῷ βεβήλῳ Χοσρόῃ, 56 ἀλλ' ἠφάνισται ταῦτα σὺν τῷ Χοσρόῃ, 425 ὁ κοσμορύστης, ὁ σφαγεὺς τοῦ Χοσρόου, Suppl. XLVIII 9 τῷ πατρὶ τῷ σῷ, τῷ σφαγεῖ τοῦ Χοσρόου, fr. apud Theoph. p. 308, 14 (cf. Stud. p. 28 n. 5) οἱ δ' αὖ κατ' αὐτὸν εἰςβαλεῖν τὸν Χοσρόην, p. 308, 25 (ib. p. 29) τὸν κοσμόλεθρον ⏑ — ⏑̄ Χοσρόην[3]). — Ceterum de Chosroae supplicio adcuratiora Pisides cognoscere potuit ex Heraclii litteris, quae in Magna Ecclesia ex ambone lectae sunt cf. Chron. Pasch. (Patr. Gr. vol. XCII) p. 1020 AB καὶ συσχεθεὶς δέσμιος ἐβλήθη ἐν τῷ νέῳ καστελλίῳ τῷ κτισθέντι παρ' αὐτοῦ ἐπὶ παραφυλακῇ τῶν παρ' αὐτοῦ συναχθέντων χρημάτων· καὶ τῇ κε' τοῦ αὐτοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς Σειροίου στεφθέντος καὶ ἀναγορευθέντος βασιλέως Περσῶν καὶ τῇ κε' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς μετὰ τὸ ποιῆσαι τὸν θεομίσητον Χοσρόην τὰς δ' ἡμέρας σιδηροδέσμιον ἐν πάσῃ ὀδύνῃ, ἀνεῖλε τὸν αὐτὸν ἀγνώμονα καὶ θεομάχον καὶ ὑπερήφανον καὶ βλάσφημον πικροτάτῳ θανάτῳ. Pisidae vero narrationem ornamentis auctam esse Theophanis expositio docet p. 326, 25 sqq. (Stud. p. 34), ex qua Π et Cedrenus (ibid. p. 85) pendent.

Praeter Theophanis testimonium etiam Nicephori memoriam (p. 19, 24 sqq. Boor) τοῦτον οὖν ἐφ' ἑνὶ τῶν βασιλικῶν οἴκων κατέκλεισαν, καὶ τροφὴν οὐκ ἐδίδοσαν, προὔθηκαν δὲ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ λίθον πλεῖστον, λέγοντες· 'τούτων ἀπόλαυε, οἷς κατεμάνης καὶ ἅπερ ἠγάπησας καὶ συνήγαγες'· καὶ οὕτω λιμώττοντα ἐπελθόντες ἀνεῖλον) respexit Leo Grammaticus p. 151, 17 sqq. (et Theodosius Melitenus p. 104 sq.) οἱ ὑπολειφθέντες δὲ καὶ διαδράντες Περσῶν οἴκῳ (τῶν ὑπολειφθέντων δὲ καὶ διαδράντων Περσῶν κατὰ Χοσρόου μανέντων, ἐφ' ἑνὶ τῶν βασιλικῶν οἴκων Theod.) τοῦτον κατέκλεισαν καὶ προὔθηκαν (προςέθηκαν Theod.) χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ μαργαρίτας καὶ λίθους, εἰπόντες αὐτῷ· 'ἔσθιε τούτων καὶ ἀπόλαυε, διὸ (δι' ὧν Theod.) καὶ τοὺς Ῥωμαίους καθ' ἡμῶν ἤγαγες'· καὶ οὕτω λιμῷ καὶ δίψῃ (δίψει Theod.)

---

[1]) Hinc coniectura ⏑̄ — ⏑ — ⏑̄ ὁ δράκων δὲ Χοσρόης emergit. — Similiter δράκων nuncupatur Chosres Suppl. II 22 et S 52, ὄφις Suppl. II 20 cf. praeterea R 122 παῦσον τὸν ἰὸν τῆς ἐχίδνης Περσίδος. Sed H I 74 ἀνεῖλε τὸν δράκοντα τὸν μιαιφόνον de Phoca agere videtur poeta cf. Av. 50 sqq.

[2]) Cf. p. 109 supra.

[3]) Primi pedis arsin et pedem secundum vox explet H I 7 et Suppl. II 67, arsin pedis tertii et pedem quartum occupat H I 53. 62. 88. 181, II 166. 200. 216.

τιμωρήσαντες ἀνεῖλον αὐτὸν et Georgius Monachus p. 568 Mur. (Patr. Gr. vol. CX p. 832 B), quo usus est Ps.-Pisides f. 408r sq. τῶν ὑπολειφθέντων δὲ Περσῶν κατὰ Χοσρόου μανέντων ἐφ' ἑνὶ τῶν (f. 408v) βασιλικῶν τοῦτον (τούτων cod.) οἴκων κατέκλεισαν (κατέκλυσαν cod.), προύθηκαν δὲ αὐτῷ χρυσόν, ἄργυρον καὶ λίθους, εἰπόντες πρὸς αὐτόν· 'ἀπόλαυε (ἀπέλαβε cod.) τούτων, δι' ὧν (διῶν cod.) τοὺς Ῥωμαίους καθ' ἡμῶν ἤγαγες'· καὶ οὕτω (οὕτῳ cod.) λιμῷ καὶ δίψει τιμωροῦντες αὐτὸν αἰσχρῶς ἀνεῖλον [1]).

De Chosroa etiam n. 37 agit. Sane verba περὶ Χοσρόου ὁ λόγος omittit Zonaras Lexic. vol. I p. 19 (cf. codex Parisinus 2669 in Crameri Anecd. Paris. vol, IV p. 87, 20 sq.) [2]), sed profecto tardi ingenii est rivulos consectari, fontem ipsum non curare. Itaque fallitur Bernhardyus (vol. II 1 p. 1022), cum versum nostrum fragmento ls. v. Νυμφίος n. 60 (Stud. p. 149) servato subicit, ubi de Heraclio sermo est. Intelligitur autem praeceps fuga [3]), quae ultimis diebus anni 627 evenit, cum Chosroes Ctesiphonte excedere constituisset (Theoph. p. 323, 15 sqq.) καὶ οὐδὲ ἐν ταύτῃ ἐθάῤῥησε στῆναι, ἀλλὰ περάσας τὴν ποντογέφυραν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ εἰς τὴν ἐκεῖθεν πόλιν, τὴν λεγομένην Σελεύκειαν παρ' ἡμῖν, παρὰ δὲ Πέρσαις Γουεδεσήρ, πάντα τὰ χρήματα ἐν ταύτῃ ἀπέθετο. — Ceterum in ipso Pisidae versu falsa codicis E memoria Τίγρητος pro Τίγριδος (cf. p. 64 Gaisford) haudquaquam Hilbergii coniecturae ('Wiener Studien' vol. IX p. 220) τοῦ Τίγρητος ἐτράπη patrocinatur neque ipsa lectio Τίγρητος fr. 125 momentum rei adfert, siquidem Pisidam duplici nominis forma (cf. Eustathius ad Dionys. Perieg. 976) bene uti potuisse ex Av. 528 δείξοι τε Τίγριν καὶ τὸν Ἴστριον πόρον patet.

Quodsi tota Suidae glossa in iudicium vocatur, recte adnotasse videtur Bernhardyus: 'post ἐπακτικὸν quaedam excidisse locus Pisidae significat', minus recte subiunxisse: 'nisi forte huius versiculus ab aliena manu accessit'. Observationem περὶ Χοσρόου ὁ λόγος nota: καὶ ἀγωγούς· προπομποὺς sequitur. Itaque contextum

[1]) Cf. insuper Zonaras XIV 16 (Patr. Gr. vol. CXXXIV p. 1284 BC). — Alia de Chosroae morte praebet Abou'lkasim Firdousi (de livre des Rois — publié, traduit et commenté par Jules Mohl) vol. VII — Paris. 1878 — p. 395 aliique scriptores orientales cf. E. Drouin, la Grande Encyclopédie vol. XXI (Par. 1895) p. 522.

[2]) Zonarae Lexicon etiam in cod. Coisl. 178 (non 158) delitescit, quem Quercius, videlicet ex Montefalconio (Bibliotheca Coisliniana olim Segueriana — Paris. 1715 — p. 238) adlegat. Codicis inscriptio est: συναγωγὴ λέξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βίβλων τῆς παλαιᾶς τε, φημί, καὶ τῆς νέας καὶ αὐτῆς δήπου τῆς θύραθεν, noster autem locus f. 3r comparet.

[3]) Fugiendi tamen notio ex ipsa voce ἐτράπη non conficitur, quamquam P III 227 habes: ὅλους προπηδᾶν τοῖς τραπεῖσι (= fugatis) συμμάχοις (ἐπέτρεπεν) cf. e. gr. P III 325 ἀμηχανεῖ μέν, πῇ τραπῇ πρὸς τὴν μάχην et Van. 160 καὶ πρὸς τὸ κῆτος τῶν παθῶν τετραμμένος.

pristinum: ἀγωγὸν ἐπακτικόν· ἀγωγοὺς προπομποὺς (cf. Photius vol. I p. 203 Naber et Anecd. Bekkeri I p. 333, 23 sq.) Lexicographus ipse Pisidae testimonio interpolasse censendus est, unde ἀγωγούς· ὀχετοὺς excidisse probatur cf. Phrynichus p. 314 (Lobeck) ἀγωγόν· τοῦτο τοὔνομα τάττουσιν οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ τινα ὁδὸν ἡγουμένου· οὕτω καὶ Θουκυδίδης (cf. II 12, IV 78) κέχρηται· νῦν δὲ οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες ἀγωγοὺς καλοῦσι τοὺς ὀχετοὺς τῶν ὑδάτων, Thomas Magister p. 10 (Jacobitz) ἀγωγός· οἱ ὕστερον ἐπὶ τῶν ὀχετῶν, οἱ δὲ παλαιοὶ ἐπὶ ἡγουμένου ὁδόν τινα ἐκλαμβάνουσι, Moschopulus περὶ σχεδῶν p. 128 (Stephan.) ἀγωγός· ὁ ὁδοῦ ἡγεμὼν καὶ δι' οὗ τὸ ὕδωρ ἔρχεται. Canalis notionem nostro loco Pisides sensu proprio adhibet, alibi translato cf. Hex. 667 καὶ τοῦ γάλακτος τοὺς ἀγωγοὺς εἰςάγει, 718 sq. βιοτρόφου | πνοῆς ἀγωγούς, 1826 σφαγῆς ἀγωγὸς ἐμφραγεὶς τῷ κρασπέδῳ, Av. 81 sq. παλινδρομεῖν γὰρ οἶδεν Εὐρίπου δίκην | εἰς τοὺς ἀγωγοὺς τοὺς ἑαυτῆς ἡ φύσις, S 84 καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν θεοῤῥύτων λόγων, 448 ὁ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν ἀειῤῥύτων φόνων (ἀντιφράξας).

Certa quoque videtur ratio nostra, cum ad mensem Martium anni 626 sex versus (n. 60. 58. 45) referendos esse statuimus cf. Theoph. p. 313, 3—11 ἐπιλεξάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἴλην στρατιωτῶν ἀπέλυσε φυλάττειν τὰς πρὸς αὐτὸν ἀγούσας κλεισούρας· καὶ τὰς πρὸς ἀνατολὴν αὐτὸς ἐκδραμὼν διεξόδους ἀντιπρόςωπος ᾔει[1]) τῷ Σαρβάρῳ καὶ περάσας τὸν Νυμφίον ποταμὸν κατέλαβε τὸν Εὐφράτην, ἐν οἷς ἦν πλεκτὴ γέφυρα ἐκ σχοίνων τε καὶ νηῶν· ὁ δὲ Σάρβαρος λύσας τὰ σχοινία τῆς γεφύρας <ἀπὸ> μιᾶς ὄχθης ἐπὶ τὴν ἑτέραν πᾶσαν τὴν γεφύραν μετήγαγεν. Ἐλθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ μὴ εὑρὼν περᾶσαι διὰ τῆς γεφύρας παραδραμὼν εὗρε πόρον· καὶ ἀκινδύνως τοῦτον ἐπέρασε παραδόξως τῷ Μαρτίῳ μηνί. Qui locus rem optime inlustrat: plane igitur cadat necesse est Bernhardyi sententententia de n. 60, iam supra (p. 148) explosa, sed praeterea Quercii commentum refellitur, qui n. 58 continuationem esse fragmenti s. v. Νυμφίος laudati (n. 60) censet, siquidem Euphrati transvectionem uberius descriptam esse vel Theophanis memoria docet. Nec dubitandum, quin celebratissimus fluminis traiectus n. 45[2]) respiciatur, qui cursus terrestris[3]) speciem habuerit; itaque alii fluvii ab Heraclio superati, veluti Tigris (Theoph. p. 312, 27), Nymphius (ib. p. 313, 6), Adana (p. 313, 13), Sarus (p. 313, 16), Halys (p. 314, 23), Zabas Magnus (p. 318,

[1]) Cf. Stud. p. 32.

[2]) Verba Suidae ἔγγειον· χέρσον, ξηρὰν sine testimonio repetit Zonaras vol. I p. 599, 8.

[3]) De comparatione conferri potest H I 192 πῶς οὖν παρῆλθες τὰς ἐρήμους ὡς πόλεις. Adde Suppl. IV 141 ποίησον ἡμῶν τὰς ἐρημίας πόλεις.

1), Zabas Parvus (p. 320, 10), Tornas (p. 320, 24) in censum omnino non veniunt. — Ad Heraclium vero n. 45 spectare vel vox κράτιστε confirmat, qua Pisides semper imperatorem compellat cf. P I 174, II 253. 263. 327, III 49. 131. 208, 307, H I 101, II 118. 213, S 153. 722, Suppl. II 15, 116, III 19. 63. Itaque P III 223 ὁ σὸς δὲ νοῦς, ἄριστε, λευκαίνει τὸ πᾶν lectione κράτιστε a V_2 (sic) et p_1 oblata Pisidae manum reddi elucet. Omne quidem discrimen Quercius tollit, cui κράτιστος modo 'optimus' est (sicuti in fragmento nostro), modo 'praestantissimus ingenio' (P III 49), modo fortissimus (reliquis locis praeter S 153, ubi 'imperatorem' intellexit), quas notiones quin ἄριστος bene exprimat dubitari nequit (cf. P II 298, — III 217, An. p. 1692 A cl. H II 55); verum enim vero auctor noster ubique Heraclii imperatoriam potestatem respicit cf. de eodem S 27 ὰς ὁ κράτιστος ('fortissimus' apud Quercium) ἐκτεμὼν εὐεργέτης, — P II 85 ἀνηγόρευον καὶ κρατοῦντα δεσπότην, — Hex. 1850 ἑνὸς κρατοῦντος ἡλίου καὶ τῶν κάτω et Suppl. III 38 ταῖς τοῦ κρατοῦντος εὐσεβῶς εὐπραξίαις [1]).

Rem ipsam inter alia magna Heraclii facinora memorat Pisides H II 144 sqq.

ἄλλοι μὲν οὖν γράφουσιν, οἷς δοκεῖ φίλον,
ὄρη, φάραγγας καὶ στενὰς διεξόδους,
καὶ τὰς πετρώδεις ἐξοχὰς καὶ δυςβάτους,
δι' ὧν παρῆλθες ὡς πνοὴ ταχυδρόμος,
ἃς [2]) οὔτε πέτραις ἐκ βελῶν ἀφιγμέναις
ἔνεστι βάλλειν οὔτε μὴν [3]) ὀρύγμασι
τὴν γῆν ὑπογλύφοντας ἑλκύσαι κάτω·
ἀλλ' εἰσὶ τείχη τοῖς ἐναντίοις ὄρη
τὰς κλεῖς ἔχοντα τῆς ὁδοῦ πεφραγμένας [4]).

---

[1]) Cf. etiam P I 233, II 282, III 113, Hex. 1848. — Similiter non 'potentia' sed maiestas Heraclii voce κράτος designatur H I 128 et fr. 11 cf. P I 114. 118, II 78. 119. 225. 336, Hex. 1845, Suppl. III 69, IV 76. 164. — Nec bene Quercius 'potentiae' notionem invexit Hex. 1862 οὕτω γὰρ αὐτοῖς διττὸν ἔσται τὸ κράτος (ubi de Heraclii filiis agitur cf. Av. 537 τῷ σῷ δὲ τέκνῳ, τῷ νεωτέρῳ κράτει cl. P III 430 καὶ δὸς τὸ θεῖον τοῦδε τοῦ σπόρου γένος—κρατεῖν) et Av. 39 τοῦ δὲ Ῥωμαίων κράτους (quo loco imperii Romani potestas intelligitur cf. Stud. p. 25 Ῥωμαίων κράτος). Adde de Phoca H II 10 ἔχειν νομίζων εἰς τριςάθλιον κράτος cl. Suppl. III 47 ἐκ τοῦ κρατοῦντος θηρίου τῶν πραγμάτων.

[2]) In editione Bonnensi parum distincte ἃ typographus expressit, unde Mignei scriptura ὡς fluxit.

[3]) Μὲν Quercius et Bekker offerunt, sed Hilbergii ('Wiener Studien vol. IX p. 214) et C. F. Muelleri (ad Ignat. p. 8 n. 10) emendationem μὴν Vp confirmant; cf. μήτε-μήτε μὴν Van. 132 cl. οὐδὲ-οὔτε μὴν P III 286 sq.

[4]) L. πεφραγμένης cf. Hex. 734 μήτε στενωθῇ τῆς ὁδοῦ πεφραγμένης.

Ἐβουλόμην [1]) δὲ καίπερ ὢν βραδυγράφος
τὴν συλλογήν σου τῶν στρατευμάτων γράφειν,
τὴν εἰς ἅπαν γῆς ἐσκεδασμένον μέρος,
βουλαῖς δὲ ταῖς σαῖς ἐν βραχεῖ συνηγμένην·
οἱ σοὶ γὰρ αὐτοὺς ἦγον ἐκτικοὶ [2]) λόγοι,
ὡς εἴ τις ἄλλος ἐκ μιᾶς ὑδραργύρου
σύρει τὰ χρυσᾶ συλλέγων σπαράγματα.
Πλὴν ταῦτα σιγῶ [3]) καὶ τὸν Εὐφράτου [4]) πόρον,
δι' οὗ τρέχων παρῆλθες Εὐφράτου πλέον,
τὴν δραστικήν τε καὶ μετ' ἔργων ἐμπόνων
ὡς ἐν παρέργῳ συμφορὰν τοῦ Δούβιος [5]),
εἴγε προςήκει συμφορᾷ παρεικάσαι
τὴν εὐσεβοῦντι δεσπότῃ πορθουμένην
ἢ δυςσεβοῦντι Χοσρόῃ σεσωσμένην.

Quos versus adscripsi, cum manifesto deperditi carminis lineamenta contineant. Quae enim in altera Heracliadis acroasi raptim et festinanter scribens silentio premere cogebatur, peculiari poemate Pisides plenius atque uberius perscripsisse censendus est [6]). Cui coniecturae pondus adferre videtur Theophanes, quiquidem v. 144—152 perspicue inlustret p. 312, 19—28 τούτῳ τῷ ἔτει (scil. 626), μηνὶ Μαρτίῳ α' ἐπισυνάξας ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα βουλὴν ἐποιεῖτο, ποίᾳ ὁδῷ

[1]) Ita legendum pro ἠβουλόμην, praesertim cum in V litteram ἠ secunda manus postea rubro suppleverit cf. S 496 (sive Suidas s. v. τελωνεῖον: n. 30 p. 128 supra) et 719, ubi idem trimetri exordium (ἐβουλόμην δὲ) deprehenditur.

[2]) Vel propter σύρει (v. 159) corrigendum esse ἑλκτικοὶ patet cf. insuper n. 68, 2 (fr. 156) σύρει πρὸς αὐτὸν ἑλκτικῶς τὰς ἰκμάδας, tum n. 52, 3 (fr. 158) φύσιν γὰρ αὐτὸς ἑλκτικωτέραν ἔχει. Adiectivum extat praeterea Hex. 695 τοὺς ἑλκτικοὺς δὲ πάντας ἰθύνει τόνους, ubi m. pr. codicis V ἐκτικοὺς (ἐκτικοὺς N_1) exaraverat, quemadmodum idem codex 696 βάλλει δὲ κλεῖθρα ταῖς καθελκτικαῖς πύλαις minus recte καθεκτικαῖς praebet.

[3]) Vulgatam scripturam σιγῶν correxi.

[4]) Falso igitur apud Suidam codex A Εὐφράτην pro Εὐφράτου praebet: etenim aut genitivus aut adiectivum expectatur cf. Suppl. III 51 οὐ γὰρ θαλάττης μακρὸν ἔτρεμες πόρον, — P II 12 ἐντεῦθεν ὥςπερ βλύσμα πηγαίου πόρου, 322 καὶ γῆ περῶτο τῷ θαλαττίῳ πόρῳ, Av. 527 δείξοι τε Τίγριν καὶ τὸν Ἴστριον πόρον cl. P I 156 τὸν ὑγρὸν ἐξέτεμνες εὐτόνως πόρον.

[5]) Cf. Stud. p. 119 n. 2.

[6]) Digressionem de bello Avarico non defuisse perquam probabile est cf. Stud. p. 32 sq. et Av. 307 sqq. ὅμως τὸ πλῆθος τῶν πόνων σου, δέσποτα, | εἰς καιρὸν ἡμῖν εὔθετον τηρητέον, | ἐν ᾧ παρούσης τῆς γαλήνης ἐν μέσῳ | εὔκαιρος ὁ πλοῦς τῆς ἀβύσσου (l. εἰς ἄβυσσον sive potius ταῖς ἀβύσσοις cf. H I 232) τῶν λόγων cl. Av. 532 sq. θύρας τε πολλὰς (malim πολλοῖς) ἐξανοίγοι τοῖς λόγοις, | νικῶντος αὐτοῦ πανταχοῦ τοὺς βαρβάρους.

πορευθῇ· δύο γὰρ ὁδοὶ αὐτῷ προέκειντο στεναί τε καὶ δύςβατοι, ἡ μὲν ἐπὶ Τάραντον φέρουσα, ἡ δὲ ἐπὶ τὴν Σύρων γῆν. Καὶ ἡ μὲν ἐπὶ Τάραντον διαφορωτέρα μὲν ἦν, ἀλλ' ἀπορίαν εἶχε πασῶν τῶν τροφῶν· ἡ δὲ ἐπὶ τὴν τῶν Σύρων τὸν Ταῦρον ὑπερβαίνουσα εὐπορίαν τε καὶ δαψίλειαν τῶν τροφῶν παρεῖχεν. Ταύτην συγκρίνουσι πάντες, εἰ καὶ ἀποτομωτέρα καὶ χιόνι πολλῷ κατεχομένη ὑπῆρχεν· ταύτην δὲ κόπῳ πολλῷ ὑπερβάντες ἑπτὰ ἡμέραις καταλαμβάνουσι τὸν Τίγριν ποταμόν. Quae itinera Heraclius per litteras in famam provexit testante Theophane p. 312, 28 sqq. καὶ τοῦτον περάσαντες καταλαμβάνουσι τὴν Μαρτυρόλιν καὶ τὴν Ἄμιδαν· καὶ διαναπαύονται ὅ τε στρατὸς καὶ ἡ αἰχμαλωσία. Ἐντεῦθεν καὶ γράμματα πρὸς τὸ Βυζάντιον ὁ βασιλεὺς ἠδυνήθη ἀποστεῖλαι καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν πάντα δηλῶσαι καὶ χαρὰν πολλὴν ἐμποιῆσαι τῇ πόλει.

Ad Heraclium pertinet etiam fragmentorum farrago, quam in pristinum ordinem redigere perquam difficile est: n. 67. 44. 52. 68. 42. 56. 54. 49. 43. 46. 57. 62. 51.

N. 67 Pisides Achillem et Heraclium in contentionis iudicium vocat, ex quo imperator superior discedit. Quae laudandi ratio ad Heraclii res gestas exponendas aditum facit etiam P I 82 sqq. (cf. omnino 66—81) εἰ Νέστορος γὰρ συλλαλοῦντος ἡδέως | ἔργοις μελισσῶν ἐξομοιοῖ τὸ στόμα, | πῶς οὐ πρὸς ἄκρον ἦλθε θαύματος, βλέπων | ἄϋλον ἐν σοὶ τῶν φρενῶν μελουργίαν | ἐν τῷ γλυκασμῷ et H I 65 sqq. Ὅμηρε, τὸν πρὶν μηδαμῶς Ἡρακλέα | θεὸν [1]) προςειπεῖν ἀξιώσῃς ἀσκόπως· | τί γὰρ τὸ κοινὸν ὠφέλησε τοῦ βίου | κάπρος φονευθεὶς ἢ λέων πεπνιγμένος; | θαύμαζε μᾶλλον ὡς ἐν ἀνθρώποις ἕνα | τὸν κοσμορύστην εὐλόγως Ἡρακλέα [2]). Similiter H II prooemiatur poeta 1 sqq. Ῥώμη, δίκαζε τὴν ἰσόρροπον κρίσιν· | πολλῶν στρατηγῶν εὐπορήσασα φράσον· | ποίῳ δοκεῖ σοι συμβαλεῖν τὸν δεσπότην; | 'μόνος τετάχθω', φησίν, 'οὐκ ἔχων ἴσον' [3]). Adde P II 1 sqq. Δημόσθενες,πρόελθε σὺν παῤῥησίᾳ! | λόγοι κρατοῦσι· μὴ ταράττου νῦν φόβῳ· | Φίλιππος οὐ πάρεστιν, ἀλλ' ὁ δεσπότης. — Comparatio cum Achille videtur Pisidae ansam praebuisse ad Heraclii clementiam et mansuetudinem praedicandam (cf. P I 89 sqq.), cum Achillis vitia notarentur, scilicet excandescentia et iracundia. Fervidum Achillis Homerici ingenium vox σφύζεις

---

[1]) Respici videtur Od. 11, 602 sq., ubi Ulixes apud inferos tantummodo εἴδωλων Herculis videt : αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν | τέρπεται ἐν θαλίῃς καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην, quem locum recte Aristarchus in suspicionem vocavit cf. Lehrs, de Aristarchi stud. Homer. [2] p. 185.

[2]) Quae fusius explicantur v. 71 – 92 cf. praeterea H II 19 sqq. Hinc Herculis nomine Pisides imperatorem ornat P III 354, Av. 57, S 69, Suppl. IV 7, eiusdemque filium Heraclium (Constantinum) R 106, qui etiam Ἡρακλείδης adpellatur ibid. 120.

[3])Alexandro Magno, qualem Plutarchus adumbravit, Heraclius anteponitur H II 110 sqq. cl. P III 48.

designat[1]), irae praecipitis notio metaphora significatur, qua de cf. Plutarchus Quaest. Conv. VII n. 10, 1, 15 p. 716 ἀλλ' ὥςπερ τὰ κουρεῖα Θεόφραστος εἰώθει καλεῖν ἄοινα συμπόσια (fr. 76 Wimmer), οὕτως ἄοινος [2]) ἀεὶ μέθη καὶ σκυθρωπὴ ταῖς τῶν ἀπαιδεύτων ἐνοικεῖ ψυχαῖς, ἐπιταραττομένη ὑπ' ὀργῆς τινος, Isidorus Pelusiotes Epist. I 70 (Patr. Gr. vol. LXXVIII p. 444 B) ὥςπερ ὁ οἶνος ὑπερκορὴς ἐγχεόμενος τοὺς τῆς αἰσθήσεως ἅπαντας καὶ πόρους καὶ αὐλοὺς καὶ μήνιγγας πληροῖ, καὶ τρέπει πρὸς ἄνοιαν τὴν διάνοιαν, οὕτω καὶ ὁ θυμὸς ἔξω τῆς οἰκείας τάξεως πηδῶν, μέθης ἔργον ἀποφαίνει τὸν νοῦν, μαινάδα τὴν φρένα ποιῶν καὶ λύων παροινίᾳ τὴν τάξιν τῆς νήψεως [3]).

N. 44 Quercius ad Hexaëmeron refert, argumentandi arte abusus: 'ad Hexaëmerum certe videntur pertinere hi senarii, quos tamen nullo in codice mihi contigit invenire. Inde autem multos versiculos ex illo poemate intercidisse confirmatur'. Equidem ob eandem causam aliunde versus fluxisse mihi persuasi [4]). Maxime autem coniectura adridet, comparationis subesse particulam, quae Heraclii (cf. Suppl. IV 90 sqq.) et aquilarum patientiam aequiparaverit. Ad apodosin igitur Suidae glossam vol. II 1 p. 334, 12 sqq. (om. Qu.) κονίστρα· οὐδ' αὖ κονίστρας εἰς τὸ ῥῖψαι τοὺς πόνους traho, ubi Pisidae versum delitescere recte Toupius (Emend. in Suid. vol. I p. 354) perspexit. Similiter aquila comparationis materiam praebet Hex. 594 sqq. μήπως ἐπαρθεὶς τῷ μεταρσίῳ θράσει | ὥςπερ νεοττὸς αἰετοῦ καὶ μὴ θέλων | αὖθις κατέλθῃς μὴ φέρων τὸν ἥλιον [5]). Ac permirum videtur, quod utraque Pisidae comparatio ex uno eodemque Aeliani capite manavit N. A. II 26 οὐδέποτε αἰετὸς οὔτε πη-

---

[1]) Cf. Av. 172, H I 230, II 43, Hex. 428. 570, Van. 225, S 29, Suppl. II 115. Falso Thesaur. vol. VII p. 1636 D explicat: ardes desiderio, ardenti desiderio cor tibi palpitat. — Eodem redire videtur 'acer' apud Horatium A. P. 121 inpiger, iracundus, inexorabilis, acer.

[2]) Jam Aeschylus Eumen. 860 dixit ἀοίνοις ἐμμανεῖς θυμώμασι cf. insuper Isai. XXVIII 1 οὐαὶ οἱ μεθύοντες ἄνευ οἴνου, quem locum uberius explicant Basilius Magnus de ieiunio I θυμὸς μέθη ἐστὶ τῆς ψυχῆς, ἔκφρονα αὐτὴν ποιῶν ὡς ὁ οἶνος — καὶ ὅλως ἕκαστον τῶν παθημάτων ἐκστατικὸν διανοίας ὑπάρχον μέθη ἂν δικαίως προςαγορεύοιτο· ἐννόησόν μοι τὸν ὀργιζόμενον, ὅπως μεθύει τῷ πάθει et Joannes Chrysostomus de resurr. 1 (Patr. Gr. vol. L p. 433) μέθη γάρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἀλλ' ἢ ἔκστασις τῶν κατὰ φύσιν φρενῶν, παρατροπὴ λογισμῶν, ἐρημία διανοίας, πενία συνέσεως· ταῦτα δὲ οὐχ ἡ μέθη ποιεῖ μόνη ἡ ἐξ οἴνου, ἀλλὰ καὶ μέθη ἡ ἐξ ὀργῆς καὶ ἐπιθυμίας ἀτόπου.

[3]) Accedat Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 25, 160 sqq. (Patr. Gr. vol. XXXVII p. 824 sq.).

[4]) Cf. ad num. 63 infra.

[5]) Adde An. p. 1696 C λαθραίως ἀφίπταται, οἷα νεοττὸς ἀετοῦ τὴν πτῆσιν τέλειος μηκέτι φέροι τῇ καλιᾷ προςκαθέζεσθαι, quo loco Quercii scriptura τελέσιος ex libidine, non ex Laur. (= Esc.) originem duxit.

γῆς δεῖται οὔτε γλίχεται κονίστρας, ἀλλὰ καὶ δίψους ἀμείνων ἐστὶ καὶ καμάτου φάρμακον οὐκ ἀναμένει πορισθὲν ἔξωθεν· ὑπερφρονῶν δὲ καὶ τῶν ὑδάτων καὶ τῆς ἀναπαύσεως ἀέρα τέμνει πολύν·.... βάσκανος δέ οἱ τῶν νεοττῶν τῶν γνησίων ἐκείνη ἐστίν· ἀντίους τῇ αὐγῇ τοῦ ἡλίου ἵστησιν αὐτούς, ὑγροὺς ἔτι καὶ ἀπτῆνας, καὶ ἐὰν μὲν σκαρδαμύξῃ τις τὴν ἀκμὴν τῆς ἀκτῖνος δυσωπούμενος [1]), ἐξεώσθη τῆς καλιᾶς καὶ ἀπεκρίθη τῆσδε τῆς ἑστίας· ἐὰν δὲ ἀντιβλέψῃ καὶ μάλα ἀτρέπτως, ἀμείνων ἐστὶν ὑπονοίας καὶ τοῖς γνησίοις ἐγγέγραπται, ἐπεὶ αὐτῷ πῦρ τε τὸ οὐράνιον ἡ τοῦ γένους ἀδέκαστός τε καὶ ἄπρατος ἀληθῶς ἐστιν ἐγγραφή [2]). Itaque certa emendatione apud poetam nostrum ineptissimam vocem κρύους tollere possumus: recte enim καμάτου habet Aelianus, siquidem palaestra contra lassitudinem, non contra frigus remedium est. Legendum omnino τρύους i. e. πόνου, siculi explicat Etym. M. p. 94, 42, ubi etiam alterum vocis testimonium (πολὺ τρύος ἤλασεν ἔξω) ex poeta incerto adfertur. Nec tamen audiendus Toupius, qui in novo Pisidae versu ῥύψαι scribendum esse putat pro ῥῖψαι, quae phrasis optime de abicienda lassitudine intelligi potest.

Restat una quaestiuncula orthographica: nullam quidem in Pisidae fragmento aquilae mentionem habes, attamen Suidae glossa nihil dubii relinquit, quin Lexicographus formam αἰετὸς legerit: cui primo adspectu Hexaëmeri locus (595) patrocinatur; sed enim optimi codices MT distincte ἀετοῦ offerunt, quemadmodum An. p. 1696 C diphthongi nullum est vestigium. Quodsi Blassii iudicium (Kuehner-Blass, ausf. Grammatik ³I 1 p. 134): 'das α in ἀετὸς kann als kurz genommen werden' nulla auctoritate niti, quin immo diserto Herodiani testimonio (vol. II p. 272, 6 Lentz) repugnare consideramus, eo inducor, ut Suidam deterioris memoriae testem esse putem. Ex Suida autem hausit Zonaras I p. 66 αἰετός· ὁ ἀετός, ὅν φασι δίψους καὶ κρύους εἶναι ἀνώτερον, quapropter ad sententiam nostram infringendam nihil valet. — Quodsi in re incerta hariolari licet, commodam et idoneam comparandi occassionem in

---

[1]) Cf. praeterea Hex. 879 οὐ ῥᾴδιον γὰρ εὐτόνῳ τῷ βλέμματι | ἀσκαρδαμυκτὶ προσβλέπειν τὸν ἥλιον.

[2]) Quae verba etiam Philae narrandi materiam obtulerunt de anim. propriet. 50 sqq. τοὺς ἀετούς, κράτιστε, τοὺς ὑψιδρόμους, | ποτοῦ θεωρῶν ἀκριβῶς ὑπερτέρους, | τέθηπα τὸν κτίσαντα τὴν τούτων φύσιν. | Ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς ὡς κρατίστους ὀρνίθων | παθῶν ἐπαχθῶν εὑρεθῆναι κρείττονας et 63 sqq. ὃς τοὺς νεοττοὺς ὄντας ἀπτῆνας τέως, | ἐπὶ ξένην βάσανον ὡς νόθους ἄγων, | ποιεῖ δικαστὴν πρακτικὸν τὸν φωσφόρον. | Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπων | τῶν φιλτάτων εἷς ἐστι καὶ τῶν ἐκκρίτων, | ὀφθεὶς καθαρὸς δυσγενοῦς ὑποψίας. | Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν σκαρδαμύξας, εὐθέως | ἀλλοτρίου σπέρματος εὑρέθη τόκος, | καὶ τῆς καλιᾶς δυστυχῶς ἀπεκρίθη.

Tauri transitu describendo (cf. Stud. p. 151 sq.) Pisides nactus est, quem aquilarum plenum esse docet Plutarchus de garrul. 14 p. 510 A. Videtur autem poeta audax illud facinus plenius atque uberius enarrasse, quare nescio an huc etiam versus trahi possint, quos auctoris nomine suppresso Suidas vol. II 2 p. 1044, 17 sqq. laudat Ταῦρος· ὄνομα ὄρους·

ταύρῳ γάρ ἐστι συμφυῶς εἰκασμένον
σκιρτῶντι καὶ ῥιπτοῦντι τοὺς ὀπισθίους
πόδας πρὸς ὕψος, εἶτα δὴ τὸν αὐχένα
κυρτῶς ὑπεξαιροῦντι,

ubi metro [1]) lectio nostra ῥίπτοντι satisfacit, metrum et sensum Bernhardyi coniectura (post Hemsterhusium cf. Thes. vol. VIII p. 152 A) ὑπεξαίροντι [2]) sanat.

Probabilius vero ad eandem rem versum ἐκ τῆς ἀμέτρου συμφορᾶς τῶν συρμάδων (n. 65) traxeris, quem anno 624 falso Quercius vindicat, Theophanis narratione abusus (p. 307, 21 sqq.) καὶ γίνεταί τι θαῦμα κἀνταῦθα φοβερόν· ἐν γὰρ θερινῇ τροπῇ ἀὴρ γέγονε δροσώδης ψυχαγωγῶν τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατόν, ὥστε ἀγαθὰς ἐλπίδας ἀναλαβεῖν αὐτούς. De aëre enim roscido Chronographus loquitur, qui Heraclii exercitum recreavit, cum Suidas nivis συμάδας intelligendas esse clare adnotet. Nostra vero sententia Theophanis loco (p. 312, 26 χιόνι πολλῷ κατεχομένη) stabilitur, qui Heraclium Tauri nives [3]) κόπῳ πολλῷ (27) eluctatum esse docet. Recte igitur nivium calamitas commemorari potest; etenim Lexicographi interpretationem ἡ ὁμοῦ ἐπιφορὰ a Pisida alienam esse mihi persuasi, qui semper tritam vocis συμφορὰ notionem suppeditet cf. P I 235, II 187. 230. 287, III 165. 242. 298, Av. 350. 481. 487, H I 47, II 7. 163. 164. 196, Hex. 504. 532. 800. 1584, Van. 96, S 57. 667, Suppl. III 45, IV 89, fr. 110, An. p. 1724 A. 1729 B. Epitheton ἀμέτρου optime Van. 7 δι' ἧς πέπονθα τῶν παθῶν ἀμετρίας inlustrat cf. insuper Suppl. III 45 τῶν εἰς ἀπείρους συμφορὰς πεπλεγμένων. Omnino autem reicienda est Quercii scriptura συρμάτων, ut quae omni auctoritate careat [4]); nivium enim moles συρμάδες sunt vel συρμοί.

[1]) Cf. Hilbergius, Byz. Zeitschr. vol. VII (1898) p. 338 sqq. Formam ῥίπτει (cf. Lobeckius ad Sophocl. Ai. 239) adgnoscit Pisides P II 230.

[2]) De re cf. Dionysius Perieg. 641 sqq. cum Eustathii commentario (p. 335v Mueller) et Stephanus Byzantius p. 608, 17 sq. (Mein.).

[3]) Cf. Seneca Med. 682 sq., Nonnus Dion. XI 288 et XLVIII 470. Nivium mentio profecto correctorem rudem inducere poterat, ut n. 44, 3 ((cf. p 154 supra) τρύους in κρύους mutaret.

[4]) Simili ratione contra codicum et Morelli auctoritatem Quercius συρμάδα oblitteravit Hex. 211 πνοῆς περιττῆς ἐξ ἐκείνου σύρματα.

Ad n. 52 et 68 adprime Heracliadis versus faciunt ex poemate deperdito hausti II 153 — 159 (cf. p. 151 sq. supra). Infelix autem Bernhardyi est commentum n. 52, 1 (fr. 106) πάντως vel πίστεις δ' pro πάντας δ' reponentis, qua voce optimo iure omnigeni Heraclii milites (cf. etiam P I 197) significantur; potius mirari subit, quomodo grave eiusdem versus mendum latitare potuerit. Nempe ὑφέλκειν subtrahendi [1]), non adtrahendi vim habet; unde coniectura ἐφέλκων necessaria esse videtur, praesertim cum vox sollemnis [2]) restituatur cf. Anth. Pal. XII 152 Μάγνης Ἡράκλειτος, ἐμὸς πόθος, οὔτι σίδηρον | πέτρῳ, πνεῦμα δ' ἐμὸν κάλλει ἐφελκόμενος et Themistius Or. XV p. 190 D (p. 234 Dind.) καὶ ὥςπερ ἡ Μαγνῆτις λίθος ἡσυχῇ ἐφέλκεται τὰ σιδήρια, οὕτω καὶ αὐτὸς ἀκονιτὶ ἐφειλκύσω τὸν Γέτην δυνάστην. Ac mediam verbi formam etiam Pisidae exempla quaedam videntur commendare: P I 197 κάμνων ἐφείλκου [3]) πάντας εἰς προθυμίαν, II 238 καὶ τοὺς ἀπίστους βαρβάρους ἐφέλκεται, An. p. 1716 B τοὺς ἁπάντων ὀφθαλμοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκόμενος [4]),— sed activum in eadem re praebent P II 160 ἀλλ' εἷλκες αὐτῶν καὶ μεθεῖλκες τοὺς τόνους, 168 οὐχ ὥςπερ ἄλλος μυθικὸς τὰ θηρία | πρὸς αὑτὸν [5]) εἷλκες, fr. 155 (n. 68, 1) εἷλκες γὰρ αὐτοὺς ὥςπερ ἡλίου τόνος. Nec tamen recte de magnete legitur Hex. 1522 ἄλλος δὲ τὸν σίδηρον ἀνθέλκει λίθος, cum 'retrahendi' vel 'distinendi' vis voci illi subiecta (cf. P III 127, H II 95, Hex. 397, S 575, Suppl. III 52, An. p. 1717 C) ad locum Pisidae minime quadret; optime codices nostri MVpT N [6]) ἐξάγει (= in-

[1]) Cf. Av. 78, R 49, Hex. 431, S 185. 277, Suppl. IV 103. Nihil Hesychii testimonium; ὑφέλκεται· προτρέπεται valet. Adde p. 166 ad infra fr. 129. (n. 61).

[2]) Plane similiter ἐπισπᾶσθαι et ἐπάγεσθαι usurpantur a Macario IV 54 Ἡρακλεία λίθος· πρὸς τοὺς ἑαυτοῖς τι ἐπαγομένους, παρόσον καὶ ἡ λίθος ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ubi τινας pro τι corrigendum cl. V 79 Μαγνῆτις λίθος· ἐπὶ τῶν πρὸς ἑαυτοὺς ἐπισπωμένων τινάς. Verbi ἐπισπᾶσθαι testimonia suppeditant insuper Aelius Dionysius apud Eustath. ad Homeri Il. 2 p. 338, 26 (sive Photius vol. I p. 266 Naber), Timaeus Lex. Platon. p. 989ª 24 sq. (Hesych. s. v. Ἡράκλεια) et p. 989ª 33 sq. Turic. (= Photius vol. I p. 266 et Suidas vol. I 2 p. 877, 5 sq.), Diogenianus ap. Scholiastam ad Platon. (Jon. p. 533 D) p. 915ᵇ 3 sq., Zenobius IV 22, Hesychius s. v. Λυδικὴ λίθος, Ps.-Callisthenes III 7 p. 103 (Mueller), Psellus de lapid. 13.

[3]) Sic V, non ἐφεῖλκον, ex qua lectione Quercius ἐφεῖλκες edolavit.

[4]) Hex. 431 ὑφέλκεται δὲ καὶ στεναγμοῖς, εἰ λάβοι codicum MVN scriptura στεναγμοὺς non mediam vocem ὑφέλκεται (ἐφέλκεται minus recte M) innuit, cum accusativus ad λάβοι pertineat, ubi poetae mentem Quercii versio: 'si velit accipere' plane pervertit cf. P II 4 κίνδυνος οὐδείς, καὶ σιωπὴν εἰ πάθοις cl. Hex. 1026 ὃς καὶ παρ' ἡμῖν εἰ σκοπήσοι μαγλάδα.

[5]) Cf. Stud. p.136 not.

[6]) Codicis p corrector ἀνθέλκει superscripsit, videlicet propter v. 1523 ἄλλοι δὲ πυρσοὺς ἀντανάπτουσιν λίθοι.

citat) praebent, qui praeterea in scriptura ἡ pro ὁ consentiunt, quam genuinam esse vel nostri fragmenti formae Μαγνῆτις et Ἡρακλεία docent. — V. 2 accusativi exemplum (Ἡρακλείαν τὴν λίθον) notatu dignum est, metri tamen ratio parenthesin (ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ὡς Ἡρακλεία λίθος) excludit, quam Pisidae consuetudo (cf. etiam Kuehner, ausf. Gramm. ²vol. II 2 p. 1008 sq.) exposcere videtur cf. S 166 sq. ἀλλ' οὐ δοκεῖ σοι τῷ βραβευτῇ τῆς μάχης, | εἰπεῖν δὲ μᾶλλον, τῷ φυτουργῷ τῆς μάχης, — An. p. 1689 C τοῦτον ξεναγεῖν ἢ καὶ παιδοτριβεῖν, ἄμεινον εἰπεῖν cll. σχεδὸν γὰρ εἰπεῖν H I 89, ὥςπερ εἰπεῖν Hex. 1364, ὡς εἰπεῖν An. p. 1685 C. 1689 B. 1693 A. 1708 D. 1713 A. 1725 B. 1728 D. Adde An. p. 1692 B τῆς εὐπροςίτου τοῖς πᾶσι τροφῆς, ἢ τό γε κρεῖττον, τῆς τῶν τρόπων ἡδύτητος et p. 1693 B ὄναρ ὁ μακάριος, ἢ τόγε ἀληθέστερον, ὕπαρ ὁρᾷ. — V. 3 scripturam ἔχεις similes Pisidae sententiae tueri videntur: P I 197, II 160. 168, H II 47. 157, inprimis vero n. 68, si in vicinia fragmentum illud conlocatum esse statuimus. Eodem tamen modo iuxta ponuntur Suppl. II 10 εἰ μὴ γὰρ αὐτὸς ἀντανεῖλε τὰ ξύλα et 19 πῶς ἀντανεῖλες ἁρπαγέντα τὰ ξύλα, neque imperatorem poeta adloquitur Av. 101 ποίαν δὲ γλώσσης οὐκ ἐκίνησεν λύραν. Nihil autem Apostolii testimonium probat: XIII 86ᵈ πάντας ὑφέλκεις οἷα Μαγνῆτις λίθος, quod quidem ex Suidae loco ad paroemiographi rationem formatum sit.

N. 68 olim εἷλκεν ferebatur, attamen recte Bernhardyum ex AE*V εἷλκες reposuisse ex nota ad n. 52 patet. Comparationem conlustrat Hex. 304—337 ¹), cum sole autem optime Heraclius confertur cf. P II 250 τοῦ σοῦ δὲ θᾶττον προςβαλόντος ἡλίου, III 7 sq. ἡμᾶς δὲ λαμπὰς ἡλίου τοῦ δεσπότου | θάλπουσα καὶ νῦν ἐξανάπτει τοὺς λόγους, Hex. 1850 ἑνὸς κρατοῦντος ἡλίου καὶ τῶν κάτω, S 673 ἔχεις γὰρ ἐγγὺς ἥλιον τὸν δεσπότην, Suppl. IV 53 γενοῦ πρὸς ἡμᾶς, καὶ βλέπει τὸν ἥλιον | Ῥώμης ὁ κόσμος, 130 μὴ τῇ στερήσει τοῦ διαυγοῦς ἡλίου,— P III 9 καὶ Φοῖβος ἡμῖν εὐσεβὴς προέρχεται, — S 706 sqq. καὶ μαρτυρεῖ μοι Περσικῶς ἡ Καμβόη, | σπινθῆρα τῆς σῆς προςλαβοῦσα λαμπάδος· | οὐ γὰρ τοσοῦτον ἡλίου λαμπροῦ σέλας | χειμῶνος ὁρμὴν δραστικὴν ὑποστρέφει, | ὅσον σὺ ταύτης τὴν ὁμίχλην ἁρπάσας | καὶ τὸν πικρὸν χειμῶνα τῆς ἀγνωσίας | ἔδειξας αὐτῇ φῶς θεωρεῖν ἐν ζόφῳ. Ex eadem imagine etiam adlocutio ἀλλ' ὦ διαυγὲς ὄμμα τῆς οἰκουμένης (S 691 et Suppl. IV 49) manavit cf. insuper P I 192 sq. ἔλαμψας αὐτοῖς ἐν θαλάσσῃ φωςφόρος, | τὸ φῶς προδεικνὺς ἡλίου γλυκὺ πλέον et III 365 εἰ τὰς ἐν ἄστροις ὁ Πτολεμαῖος ἐκβάσεις | καὶ πρὸς τὸ μέλλον εἶχεν ἠκριβωμένας, | πῶς οὐ προεξήγγειλεν, οἷον ἡ φύσις |

¹) De humoribus solis vi adtractis cf. praeterea Hex. 556 ὡς ἥλιος μὲν ὑγρὸν ἁρπάσας πάχος.

ἐπ' ἐσχάτων μέλλει σε φωςφόρον βλέπειν; ubi etiam in sequentibus poetae phantasma (360 sq. καί μοι λογισμῶν πολλάκις κινουμένων | αὐτὸς κατ' ἐμαυτὸν συλλαβὼν ἔφην τάδε) continuatur 366—373 ἀλλ' εἴπερ ἦν ἐκεῖνος εἰκότως ἄρα | τῆς γῆς ὑπερβαίνοντα τοὺς ὅρους βλέπων, | ὕμνει σε μᾶλλον τοῖς μεταρσίοις λόγοις· | τῆς ἐκδρομῆς δέ, καὶ πλέον τῶν ἀστέρων, | ἐν σοὶ τὰ πολλὰ προςβλέπων κινήματα, | τὴν σὴν ἀεικίνητον ὕμνησε φρένα, | ἄλλον νεουργηθέντα τοῖς κάτω πόλον | τὸν νοῦν τὸν ἐν σοὶ τῷ ξένῳ μαθὼν λόγῳ. Quae verba perperam vertit Quercius[1]) falsa interpretatione adiecta: 'quamvis diu multumque opera Ptolemaei versaverim, nullibi mihi licuit invenire vaticinium, quod poeta, quam belle plane nescio, sed tamen in Heraclium transfert. Itaque aut intercidisse locum, ad quem alludit Pisida, dicendum est, aut esse eiusdem ex quibusdam verbis interpretamentum. Caeterum ne prorsus ἀσύμβουλοι (sic!) hinc discedamus, detur coniecturae locus. Itaque sic hariolor. Ptolemaeus cum plane nosceret, quantum veteres astronomi, Eudoxus, Eratosthenes, Geminus, Marinus et alii inter se distarent in polari stella definienda, nec ipse alicuius opinioni facile assentiretur, fortasse alicubi dixit fore tempus, quo polus alter, ac plane ab eo diversus qui tunc esse ferebatur, sapientum iudicio inter homines constitueretur.' Etenim Pisidae omnino de Ptolemaei arte dubitantis haec est sententia: 'si revera videret transcendentia terrae terminos[2]), potius te[3]) praedicaret[4]) sermonibus sublimioribus[5]) tuaeque excursionis[6]), quae

[1]) 'Sed cum esset, ut videtur, in iis contemplandis, quae terrae terminos transcendunt, intentus, te depraedicavit sublimiore stilo; tuaeque excursionis, magis quam astrorum, multis ac praeclaris longe praevisis motibus, tuam irrequietam celebravit mentem, alterum dicens renovatum iri terris polum, tuam indigitans mentem hoc peregrino sermone'.

[2]) Cf. Av. 23 ἡ ῥίζα τῆς γῆς τοὺς ὅρους ὑφήρπασεν.

[3]) Itaque σὲ corrigendum pro σε.

[4]) Scilicet ἂν subintelligendum est, quod in eiusmodi sententiis condicionalibus Pisides et addit (H II 85, R 61, Hex. 363. 967, S 584, Suppl. II 11, An. p. 1700 C. 1704 A) et omittit (P I 80. 84, III 297. 299. 301, H I 125. 127, Hex. 34, S 116, Suppl. I 34. 62).

[5]) Cf. S 6 ἀρθῶμεν ἐν σοὶ τοῖς μεταρσίοις λόγοις.

[6]) Vox ἐκδρομὴ de astris usurpatur Hex. 373, nostro autem loco sollertes Heraclii excursiones significantur cf. P II 264 δείξας πρόςωπον ἐκδομῆς ἐψευσμένης cl. III 15 ἐν αἷς ἀπαύστως εἰς ἀγῶνας ἐκτρέχων et 333 βάλλων, διώκων, ἐκτρέχων, ὑποστρέφων. Ad eandem notionem v. 370 κινήματα pertinent (cf. P II 82 κήρυκές εἰσι τακτικῶν κινημάτων) astrorum propria (cf. epigramma ineditum ad Append. Gnom. n. 69 profe-

excursiones astrorum superat, multos motus adspiciens (προςβλέπων, non προβλέπων) tuam celebrasset[1]) irrequietam mentem, admirabili ratione[2]) edoctus tuam mentem alium **polum**[3]) terris factum'[4]).

N. 42 procul dubio Heraclii sagacitas laudatur, qua Persarum ducis fallacias perspexit cf. P III 198 sqq. ἀλλ' οὐκ ἀνευτρέπιστος ἀνθωπλίζετο | τῆς σῆς ἑτοιμότητος ἡ στρατηγία· | πρὶν ἢ γὰρ ἡ νὺξ τὴν μέσην τομὴν λάβοι, | πάντας μὲν αὐτοῦ[5]) τοὺς κεκρυμμένους δόλους | ταῖς σαῖς μερίμναις ἐξ ἔθους ἠπίστασο. — De verborum usu cf. Av. 277 ἃς καὶ πρὸ πολλοῦ συγκροτῶν οὐκ ἠμέλει et Hex. 161 sq. διαγράφεις γὰρ πᾶσαν, ὡς θέλεις, φύσιν | τῇ σῇ διόπτρᾳ. Suidae vero glossam descripsit Zonaras vol. I p. 521, ubi κάτοπτρον ἢ ante μηχανικὸν κτλ. additur.

N. 56 ad orationem pertinet, quam Heraclius ante certamen habuisse putandus est. Videtur autem pugna ad Ninivam cum Rhazate conserta[6]) designari, quae ad belli eventum maximi momenti fuit. Quodsi Theophanis verba p. 318, 5 διαλαλήσας τῷ λαῷ παρετάξατο consideramus, optime intelligitur, cur fragmentum nostrum ne leviter quidem in Heraclii concionibus (p. 307, 3 sqq.; 309, 9 sqq.; 310, 26 sqq.; 317, 17 sqq.) significetur. Imperatoris vero hortatio manifesto ad Christi cum latrone colloquium respicit Evang. Luc. XXIII 43 ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Recte igitur Pisidae mens in codicibus perspecta est, ubi Suidae glossam (p. 143 sq. supra) adnotatiuncula: ἀντὶ τοῦ μιμιμούμενοι τὸν λῃστὴν excipit. — De locutione παράδεισος τῆς μάχης conferi potest An. p. 1693 A παράδεισος τῆς πίστε-

---

rendum v. 1 κήρυξ ἄφωνος ἡλίου κινημάτων cl. κινήσεις Hex. 372). Similiter ἀεικίνητος βία caeli praedicantur Hex. 370, sed etiam de Heraclio habes Av. 302 οὕτως ἀεικίνητος ὢν ὁ δεσπότης cl. Suppl. III 25 ὁ σὸς λογισμὸς πανταχοῦ κινούμενος.

[1]) Cf. p. 158 n. 4.

[2]) Neque enim de sermone Ptolemaei agitur cf. Hex. 329 χαυνοῦσα καὶ σφίγγουσα τῷ ξένῳ λόγῳ cl. 1496 καὶ ξενοτρόπῳ λόγῳ | τὰς προςθέσεις ἔχουσιν ὡς ἀφαιρέσεις. Alioquin εἰπὼν pro μαθὼν flagitaretur.

[3]) Sive de stella polari (Eratosthenes Catast. 2) sive de lucifero (cf. v. 365) cogitamus, certe Heraclium poeta novum sidus terrenum esse fingit: etiam Suppl. XLV 1 sq. ὁ πυρφόρος νοῦς τὴν ὀροφὴν διατρέχων | καὶ τοὺς πυραυγεῖς ἀστέρας μιμούμενος mens cum astro comparatur. Ceterum apud Pisidam locutio ἡλίου πόλος memorabilis est H I 9, cum alibi voce πόλος caelum denotetur cf. Hex. 89. 91. 764. 1085. 1751.

[4]) Sed nihil huc pertinet P III 100 τὸν καυστικὸν δὲ τοῦτον ἥλιον στέγει cf. p. 113 supra.

[5]) Cf. Stud. p. 20 n. 2.

[6]) Τῇ δὲ ιβ' τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἡμέρᾳ σαββάτῳ ἐκροτήθη ὁ πόλεμος (anno 627) Theoph. p. 318, 16 sq.

ως, ceterum Pisidae παράδεισος videtur esse hortus Edenis cf. Suppl. CVII 20 καὶ τὸν παράδεισον τῆς Ἐδὲμ μιμουμένη [1]).

N. 54 corruptela videtur laborare: offendit enim constructio κρατεῖν ἐνὶ μάχαις, si nulla hostium mentio fiat, sicuti apud Theodosium III 234 τοσοῦτον ἐκράτησας ἄλλων ἐν μάχαις cl. Ps.-Demosthene Or. XIII 16 p. 171, 1 R. ἐν δὲ τοῖς ὅπλοις δεῖ κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν [2]). Suspecta quoque forma ἐνὶ est, numquam a Pisida usurpata, praesertim cum Suidae codices AVE ἐν exhibeant; itaque eo inducimur, ut versuum laciniae: κρατῶν... ἐν μάχαις [3]) | .... καὶ κατηχῶν ἐν μάχαις adgnoscantur, nisi forte propter P III 112 (κρατῶν γὰρ αἰχμὴν ὡραΐζεται πλέον) ad coniecturam κρατῶν μὲν (vel γὰρ) αἰχμὴν confugimus [4]). Dubitari autem nequit, quin Heraclius laudetur ἀεὶ προπηδῶν εὐσθενῶς ἐν ταῖς μάχαις (P III 83), id quod in imperatore milites praedicant anud Theophanem p. 307, 18 ἐρυθριῶμεν σὲ θεωροῦντες προάγοντα ἡμῶν ἐν ταῖς μάχαις. Etiam in pugna ad Ninivam ante omnes eum prosiluisse diserte testatur Theophanes p. 318, 18, unde fragmenti sedem bene mihi designasse videor.

N. 49 aperte significatur Heraclium periculi quasi avidum telis hostium semper se obiecisse. — Vox ἐπίδοσις eundem trimetri locum obtinet Hex. 670 καὶ τὰς ἐπιδόσεις τῶν μελῶν ἐργάζεται cf. etiam An. p. 1681 B et 1692 C.

N. 43 optime explicat Theophanes p. 318, 21 sqq. de pugna ad Ninivam agens: προςέβαλε δὲ αὐτῷ καὶ τρίτος, ὃς καὶ δέδωκεν αὐτῷ μετὰ δόρατος εἰς τὸ χεῖλος καὶ τοῦτο ἔπληξεν· ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ τοῦτον ἀνεῖλεν· καὶ τῶν σαλπίγγων ἠχησασῶν συνέβαλον ἀλλήλοις ἀμφότερα τὰ μέρη, καὶ μάχης κροτηθείσης σφοδρᾶς ἐπληγώθη ὑπὸ τῶν πεζῶν ὁ τοῦ βασιλέως ἵππος φάλβας, ὁ λεγόμενος Δόρκων, εἰς τὸν μηρὸν αὐτοῦ λαβὼν κονταρέαν· πολλὰς δὲ καὶ σπαθέας ἐν τῇ ὄψει ἔλαβεν· ἀλλὰ φορῶν κατάφρακτα νευρικὰ οὐκ

---

1) Quae non sine consilio dicta esse docebunt Suicer Thes. Eccles. vol. II p. 236 sqq. et Wetsten ad N. T. vol. I 2 p. 818 sqq.

2) Quodammodo ad Homeri exempla a Kuehnero, ausf. Gramm. vol. II 1 p. 410 n. 5 (ed. Gerth) congesta provocari potest; usitatior est structura κρατεῖν τὴν μάχην vel τῇ μάχῃ cf. praeterea ἐπικρατεῖν τῆς μάχης P III 158 (τῇ μάχῃ Herodot. V 116).

3) Non possunt verba ita copulari, ut κρα tertiam tribrachi syllabam in quarto pede efficiat. Trimetri clausula ἐν ταῖς μάχαις occurrit P III 83 et H I 132, σὺν ταῖς μάχαις S 26. Aliam versus sedem commendat Hex. 834 καὶ τὴν ἄφυκτον ἐν μάχαις αὐλίαν.

4) Leniore mutatione κρατῶν ἐν (sive μὲν) αἰχμαῖς ita reponi potest, ut voci αἰχμαῖς belli notio subiciatur. Similiter apud Bacchylidem XVII 47 τόσ' εἶπεν ἀρέταιχμος ἥρως equidem (εἶπε) κρατέραιχμος malim conlato Pindari versu Isthm. VI 38 καρτεραίχμαν Ἀμφιτρυωνιάδαν, ubi compositionis ratio (cf. insuper εὐρυαίχμας fr. 173 Bergk) nostrae sententiae neutiquam repugnat cf. Nem. I 17 ἵππαιχμος.

ἐβλάπτετο, οὐδὲ αὐταὶ ἐνήργουν. Falso enim Suidae locum interpretatur Bernhardyus: teli vestri clam in me concitati ictum repressit opposita vestis duplicata. Immo ὑμῶν ab ἐπέσχεν pendet (cf. Stud. p. 12 n. 3) et Heraclium ipsum[1]) significat, qui teli contorti imminentem ictum[2]) feliciter evaserit. Imperatoris vulnera[3]) honorifice Pisides memorat H I 103 sq. ἔχεις ἄμετρα μαρτυροῦντά σοι βέλη, | ἔχεις συνεργοὺς ἐμφύτους τὰ τραύματα cll. 109 τὸ σὸν γὰρ αἷμα τοῖς γραφεῦσιν ἀρκέσει et R 116 κάμνει, μεριμνᾷ, δυςφορεῖ, τοξεύεται. — Ceterum Zonaras, qui ex Suida hausit, tantum posteriorem fragmenti versum (ἡ τοῦ χιτῶνος ἐμπεσοῦσα διπλόη) praebet vol. I p. 251, sed in glossa ipsa rectius φιλίας (pro φιλίαν) et τὸν φίλον (pro αὐτὸν) suppeditat.

N. 46 bene cum 49 et 43 cohaerere probat Av. 424 sq. ἔστη παρειςδὺς ἐν μέσῳ τῶν ἀσπίδων, | κρύπτειν ἑαυτὸν ἀσφαλῶς ἠπειγμένος, unde etiam nostro loco ἐν μέσῳ[4]) pro ἔσω reddendum esse facile conici potest. Patet autem a Suida duorum versuum particulas esse conflatas:

⏑—⏑—⏑— ἔσω τῶν ἀσπίδων
⏑—⏑—⏑ ἦλθες ἐμβριθεῖ τάχει.

Quartum pedem similiter ἔσω explet Hex. 1109. 1209[5]), de versu altero cf. H I 233 sq. ἐμβριθεστέρῳ | τάχει.

N. 57 et 62 inter se conexos et aptos esse praeclare ostendit Av. 132 sqq., ubi de Sergio urbis obsessae liberatore haec leguntur: καὶ τεκνοποιῶν τῷ Θεῷ καθ' ἡμέραν | καὶ παρθενεύων καὶ πλέον μήτηρ μένων· | μάλιστα γὰρ νῦν πάντας ὠδίνεις μόνος, | καὶ πᾶσά σοι γῆ σπαργανοῦται καὶ πόλις, | ταύτης δι' ὑμῶν ἐκ Θεοῦ σεσωσμένης. Similiter mundum a Phoca exstirpatum per Heraclium denuo procreatum esse poeta fingit Suppl. III 56 sqq. οἴκτειρον ἡμᾶς, οὓς ἐλυτρώσω πάλαι, | δι' οὓς τοσούτους

---

[1]) Cf. ὑμῶν P I 81. 97. 176. 212. 246. 251, III 58. 302, Av. 136, H I 21. 209, ὑμῖν P II 203, III 358, Av. 315, H II 24. 31. 72. 86, ὑμᾶς P II 21. 23, III 89, H I 166. 214. 220, II 95, Suppl. II 48, III 1, IV 116. 153, tum H II 64 γράφουσιν ἡμῖν τῇ κάτωθεν εἰκόνι, ubi ἡμῖν commodum sensum non praestat.

[2]) Cf. H II 93 στραφεὶς ἐπέσχες τὴν βολὴν ἠπειγμένην et Hex. 454 παρακρατῶν δὲ τὴν βολὴν ἠπειγμένην, ubi ὑπηγμένην (non ὑπειργμένην, sicuti Quercii editio offert) ex A sustulit Hercher; sed scripturam genuinam etiam in V extare iam Quercius notavit. Eandem offerunt praeterea MpN_2 et Morellus in nota marginali. Accedat Hex. 464 φύγῃ τὸ τραῦμα τῆς βολῆς κινουμένης.

[3]) Ad a. 626 Theophanis memoria p. 314, 17 sq. πολλὰς πληγὰς ἐδέχετο, εἰ καὶ οὐδεμίαν ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ <καιρίαν> pertinet.

[4]) Cf. P III 13. 56. 159. 190. 299. 389, Av. 260. 309, Hex. 149. 658, Van. 227, S 506, Suppl. I 90, II 83. 94, IV 97.

[5]) Primum Av. 116, Hex. 13. 1241, secundum Hex. 1460, quintum H II 114, Hex. 709, sextum Hex. 155. 385. 1134; forma εἴσω numquam comparet, siquidem nullius pretii est codicis B varietas ad Hex. 13 (apud Hercherum p. LVIII).

ἔσχες ὠδίνων πόνους, | τὸν ἐκ τυράννου κόσμον ἠτεκνωμένον | ξένῳ θελήσας τεκνοποιῆσαι σπόρῳ. Nostro autem loco Chosroae, ὃς κόσμον ἠρήμωσεν (cf. Stud. p. 34), domitor illa laude ornatur, quae ob eandem causam recurrit H I 82 sq. καὶ δεύτερος νῦν κοσμοποιεῖται βίος, | καὶ κόσμος ἄλλος καὶ νεωτέρα κτίσις et 201 sqq. χαῖρε, στρατηγὲ κοσμικοῦ γενεθλίου· | τὸν σὸν γὰρ ἆθλον πᾶσα χώρα καὶ πόλις | ἔμπρακτον οἶδε τοῦ βίου γενέθλιον. Itaque falsam esse Quercii scripturam μαιεύεταί σε apparet, cui Suidae codices ABVE μαιεύεται δὲ recte substituunt [1]); etenim μαιεύεται passiva est forma (cf. Av. 135 σοὶ — σπαργανοῦται), non media. In altero quoque fragmento BVE [2]) genuinam lectionem οὐσιῶσαί σοι pro οὐσιῶσαι σὺ (Qu.) servant cf. Suppl. IV 91 ἀεὶ γὰρ ἡμῖν οὐσιώθης τοῖς πόνοις et de loci sententia Suicer Thes. Eccles. vol. II p. 529.

N. 51, nisi egregie fallor, Pisides communis gaudii participem se fuisse pronunciat, cum Heraclium a. 629 e Perside redeuntem omnes cives laeto clamore exciperent. [3]) Poeta igitur imperatorem faustis vocibus excepisse putandus est simul cum aliis civibus, qui acclamatione publica victorem prosecuti sunt. Itaque abicienda est Quercii ratio: 'nec dubitandum ita de se loqui Pisidam, qui Heraclii comes fuit in prima expeditione contra Persas'. — Omnino autem falluntur viri docti, qui omnibus Heraclii expeditionibus Pisidam adfuisse exstiment, veluti Clintonus Fast. Rom. vol. II (1850) p. 166, ineptaque sunt Gedeonis argumenta (Πατριαρχικοὶ πίνακες — 1884 — p. 240 sq.), quibus Quercii iudicium de Georgio Pisida hymni Acathisti auctore refutari posse arbitratur: ὅτι ὁ Πισίδης ἦν ἀδύνατον 'να γράψῃ τὸν ὕμνον, κατ' ἐκείνην τὴν ἰδίαν νύκτα, οὐδεὶς ὁ ἀμφιβάλλων, καθότι ὁ ἐκ Πισιδείας διάκονος οὗτος ὁ καὶ χαρτοφύλαξ τῆς Μ. τοῦ Χ. Ἐκκλησίας γνωστὸν ὅτι ἠκολούθει τῷ Ἡρακλείῳ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον. Nam procella Avarica imminente Constantinopoli poeta Suppl. IV conscripsit, ubi multis et supplicibus verbis Heraclium orat, ut urbi in summas angustias adductae succurrat 49 sqq. ἀλλ' ὦ διαυγὲς ὄμμα τῆς οἰκουμένης, | τὸν νοῦν ἔχων ὄχημα φωτὸς ἐμφύτου, | εἰ καὶ διέστης πρὸς τὸ Περσικὸν νέφος | καὶ τῇ χαλάζῃ συμπλέκῃ τῇ βαρβάρῳ, | γενοῦ πρὸς ἡμᾶς, καὶ βλέπει τὸν ἥλιον | Ῥώμης ὁ κόσμος cll. 111 sqq. et 121, propulsato autem periculo mox (Av. 502 sqq.) carmen de bello Avarico enatum est, quo Pisides imperatore absente (246 sqq.) se dimicationi interfuisse testatur: αὐτοπροσώπων πραγμάτων ἐφάπτομαι v. 45 cll. 10 sq.

[1]) Ex ABV praeterea τῆς Ῥώμης pro Ῥωμαίων receptum est cf. Stud. p. 24 n. 1.

[2]) A glossam omittit, itemque Hexaëmeri editio princeps, nec tamen Morelli editio a. 1618 recognita, quae quidem distincte οὐσιῶσαί σοι offerat. Falso tamen ibidem θέλῃς pro θέλεις comparet.

[3]) Cf. p. 35 sq. supra.

μικροὺς τῶν ἀγώνων, ὡς ῥόδα, | λόγους συνάξας ἐξ ἀκανθῶν τῆς μάχης, 165 sqq. θέλω δὲ τούτων τὰς ἀφορμὰς τῶν λόγων | ὡς τὴν ἔναγχος ἱστορῆσαί σοι μάχην, | ἀλλ' ἐξ ἐναύλου τοῦ φόβου συστέλλομαι, 226 sqq. ἐγὼ δὲ ταῦτα συγκαλύψαι σοι θέλων, | (οὐκ ἠγνόουν γάρ, ὡς λαθεῖν καὶ νῦν θέλεις), | σιγᾶν ἔμελλον· ἀλλ' ὁ νοῦς ἠρυθρία | κλέψαι, τοσούτους εἰςορῶν συνειδότας. — Quae quidem ad a. 626 pertinent; Chosroa autem devicto Pisides ligna Sanctae Crucis Hierosolymae restituta esse perinde atque alii cives ex Heraclii litteris (cf. Suppl. II lemm. et v. 104 sqq.) comperit, tum vero [1]) post imperatoris reditum [2]) Heracliadem conditurus orationis copia adeo obruitur, ut summas res tantum attingere instituat, priusquam cum imperatore sermonem de singulis contulerit (ἕως ὁ σὸς νοῦς καὶ τὸ πηγαῖον στόμα | λύσει τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα H I 238 sq.). — Sed dubitari non potest, quin in prima expeditione, quae in annum 622 cadit, Heraclii comes poeta noster fuerit. Diserta rei mentio fit P III 131—133 τούτοις, κράτιστε, καὶ συνήσθην εἰκότως | καλῶς φρονοῦσι, καὶ συνήλγησα πλέον, | τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων et 136 ἡμῖν μὲν οὕτως ἦν ἄλυπα δάκρυα, 343—346 αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐξαριθμῶν πολλάκις | τοῦ σοῦ βίου τὸ μέτρον ἐτράνους ὅτι | ʻβιοὺς χρόνον τοσοῦτον ἐν ῥᾳθυμίᾳ | ἔζησα ταύτας τῷ Θεῷ τὰς ἡμέρας', — quin etiam ipso bello flagrante acroases tres εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Pisides composuisse putandus est [3]), quibus imperator omni festinatione Constantinopolin repetens (III 339 sq. πάλιν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν σου συντόνως | τοσαῦτα πράξας καὶ κατορθώσας τρέχεις) civitati commendaretur. Laudum spectator veram rerum gestarum imaginem [4]) expressurus est, etiamtum rerum novitate commotus et belli formidine affectus

---

[1]) Itaque Suppl. II non legit Theophanes, quoniam Heraclium anno 628 Constantinopolin reversum anno proximo (ἅμα ἔαρι) simul cum Sancta Cruce Hierosolymam se contulisse adserit p. 328, 13 sqq. (cf. 'Wiener Studien' vol. XIII p. 29), neque in carmine deperdito rem commemoratam esse certa ratione efficitur cf. p. 39 sqq. supra.

[2]) Cf. H I 212 sqq. κοσμοῦσι πάντες σοῦ φανέντος τὴν πόλιν, | ἄνθη δὲ συλλέξαντες ἐψυχωμένα | στέφουσιν ὑμᾶς ταῖς προσευχαῖς ὡς ῥόδοις. Falso igitur Quercius p. 1295 sq. (Migne) disputat: 'nec satis patiens morae fuit, ut reditum imperatoris exspectaret, a quo ut actae res essent facile potuisset addiscere; sed ut primum nuntium de Chosroae morte Cpolim allatum est, statim ingenti laetitia perfusus et poetico furore abreptus hos iambos, ut videtur, fudit, fortasse etiam ad Heraclium misit, ut ei qua poterat ratione obviam iret, et pro re tam magna et tam feliciter gesta non ultimus civium gratularetur'.

[3]) Cf. III 374—380 ταῦτα, στρατηγὲ τῶν σοφῶν βουλευμάτων, | ἐν ταῖς ἀκάνθαις τῆς μάχης πεπλεγμένα | εὑρὼν τὰ θεῖα τῶν πόνων τῶν σῶν ῥόδα, | ἄνθη τε πολλὰ ψυχικῶν ἀρωμάτων | τῶν σῶν λογισμῶν συναγαγὼν τὰ σπέρματα, | σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου | λειμῶνος ἄρτι τῆς ἀληθείας φέρω.

[4]) Cf. I 35—40 ἀλλ' ὦ στρατηγὲ τῶν σοφῶν βουλευμάτων, | μετ' εὐμενείας τοὺς ἐμοὺς

cf. P II 70 sqq. ἐμοὶ δὲ θαῦμα προςφόρως ἐπήρχετο, | πῶς τῶν λογισμῶν τῶν τοσούτων ἡ χύσις | τῷ σῷ λογισμῷ σωφρόνως ἐτάττετο, 122 sqq. πόθος δέ μοί τις ἐνθάδε προςήρχετο | ἰδεῖν τὰ τερπνὰ τῆς μάχης προαύλια | φόβου τε χωρὶς ἱστορῆσαι τὸν φόβον· | ὅμως δὲ φρικτὴν τῶν ἀγώνων ὁ τρόπος | καὶ τὴν δόκησιν εἰςάγων προςήρχετο, 149 sqq. λέγειν μὲν οὖν ἕκαστα καὶ τὸ ποικίλον | ἐκεῖνο καινούργημα τῆς τέχνης γράφειν | ἐξασθενεῖ μου τῆς ἀτόλμου καρδίας | ὁ νοῦς ἐναύλῳ τῷ φόβῳ [1]) κλονούμενος, III 131 sqq. τούτοις, κράτιστε, καὶ συνήσθην εἰκότως | καλῶς φρονοῦσι, καὶ συνήλγησα πλέον, | τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων, 136 ἡμῖν μὲν οὕτως ἦν ἄλυπα δάκρυα. Adde P I 162 sqq.

Cum fragmentis ad Heraclium spectantibus apte reliquiae componi possunt, quibus adversarii mores et pugnandi ratio inlustrantur: n. 40. 47. 61. 48. 39. 41. 53.

N. 40. 47. 61 primo adspectu primam Heraclii expeditionem (a. 622) videntur significare — plane enim conspirant, quae de Sarbaro leguntur P III 17 sqq.

ὁ βάρβαρος δὲ καὶ γένει καὶ [2]) τῷ τρόπῳ
οὐκ εἶχε τοῦ νοῦ παντελῶς τὰς ἡνίας·
καὶ πολλάκις γὰρ τὴν μάχην ὑπέσχετο,
καὶ πρὸς τοσαύτην ἦλθεν αἰσχύνην, ὅτι
καθ' ἡμέραν σοι προςβαλὼν ἀνετράπη
ἄτολμα τολμῶν καὶ τρέχων ὑπόστροφα

et 178 sqq. ὁ βάρβαρος δὲ πανταχοῦ κλονούμενος
δεινόν τι τολμᾶν ἐκ βίας βουλεύεται·
οἶδεν γὰρ ὡς τὰ πολλὰ καὶ περίστασις
τὰ δεινὰ τίκτειν ἐκ δέους βουλεύματα.
Καὶ δὴ κατ' αὐτὸν τῆς ἀνάγκης τὸν χρόνον
ὥραν φυλάξας, ὡς ἔδοξεν, εὔθετον,
ὅτε προκύψας ἐκ βάθους ἑωςφόρος
πρόεισι λαμπρὸς ἄγγελος τῆς ἡμέρας,
εἰς τρεῖς μὲν ἱστᾷ τὸν στρατὸν διαιρέσεις,
ἀντιπρόςωπα τῷ δοκεῖν τὰ τάγματα
ταῖς σαῖς φάλαγξι σὺν δόλῳ ποιούμενος.

Attamen minime probabile videtur, rem tribus acroasibus uberrime trac-

---

δέχου λόγους· | ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν ἐκ θωπευμάτων, | ἐκ σοῦ μαθόντες μὴ λαλεῖν ὑποκρίσει. | Ὡς οὖν ἀληθὴς τῶν ἀληθῶν πραγμάτων | κριτὴς φάνηθι τῆςδε τῆς στρατηγίας.

[1]) Λόγῳ vulgo; correxi ex M.

[2]) Cf. Stud. p. 16 n. 1.

tatam denuo enarrandi materiam praebuisse, praesertim cum Theophanes in prima expeditione describenda opusculi servati verbis inhaereat, reliquiae autem a Suida traditae ceteroquin cum Theophanis narratione bene congruant, quibus secunda et tertia expeditio (a. 624—628) continentur. Quae cum ita sint, Pisides ex more suo se ipsum expilasse censendus est, neque quidquam obstat, quominus de proeliis a. 627 commissis, inprimis vero de pugna decretoria ad Ninivam cogitemus, quae in fragmentis supra (p. 159 sqq.) explicatis manifesto celebratur. Quo posito atque concesso, n. 40 anxia haesitatio Rhazatae, non Sarbari, in censum venit, qua de cf. Theophanes p. 317, 28 sqq. ὁ δὲ Ῥαζάτης ἐλθὼν εἰς τὸ Γαζακὸν ἐγενήθη ὀπίσω αὐτοῦ καὶ ἠκολούθει, τῶν Ῥωμαίων δαπανώντων ἔμπροσθεν τὰς τροφάς· αὐτὸς δὲ ὀπίσω ὡς κύων πεινῶν μόλις ἐκ τῶν ψιχίων αὐτοῦ ἐτρέφετο·[1] καὶ ἐκ τοῦ μὴ εὑρίσκειν αὐτὸν δαπάνας πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ διεφθάρησαν. Iam vero extrema sententia in vicinia conlocandum esse fragmentum probat s. v. φθόη excitatum (n. 71)

τὴν ἱππικὴν ὑπεῖχεν ὁ στρατὸς φθόην[2]),

siquidem vix Heraclii oratio a. 625 habita respicitur (Theoph. p. 309, 9 sqq.): γνῶμεν, ἀδελφοί, ὡς ἡ στρατιὰ τῶν Περσῶν ἐν τοῖς δυςβάτοις τόποις πλανωμένη τούς τε ἵππους αὐτῶν παραλύει καὶ αὐτοὺς ἐκνευροῖ. — Quodsi n. 40 cum P III 17 sqq. adcuratius comparatur, sponte coniectura se offert, non P III 17, sed peculiarem Pisidae versum designari apud Suidam s. v. τρόπος (n. 3: p. 110 supra). καὶ Πισίδης

ὁ βάρβαρος δὲ τῷ λόγῳ καὶ τῷ τρόπῳ·

ἀντὶ τοῦ ἤθει. Utraque enim lectio optimum sensum praestat (cf. Stud. 129 sqq.)[3]), nec multum inter n. 40 et P III 22 interest, inprimis cum etiam τρέχων ὑπόστροφα pro τρέχων ὑποστρέφει emendandum sit[4]). Itaque lectionis varietas tantummodo in ἄτολμα τολμῶν et φεύγων ἀτρόμως consistit, quae locutiones proxime se contingunt; metri vero ratio Toupii coniecturam ἀτρομήτως comprobat, quam et ipsa Suidae glossa manifesto commendat vol. I 1 p. 846 sq. Ἀτρόμητος· ὄνομα κύριον· καὶ ὁ ἄφοβος· ἐν ἐπιγράμματι (scil. A. P. VI 256, 5)..... καὶ ἀτρόμως· ἀφόβως κτλ. De ipsa sententia φεύγων ἀτρομήτως cf. praeterea P III 43 sq. δειλὸς γὰρ ὢν κἄτολμος ἀνδρεῖος μόνον | ἐν τῇ δοκήσει τῆς μάχης ἐφαίνετο[5]).

[1]) Cf. p. 35 supra.

[2]) Quercius versum mancum τὴν ἱππικὴν φθόην praebet.

[3]) Cum Pisida mire consentit Ioannes Geometres in Crameri Anecd. Paris. vol. IV p. 285: ἐβαρβαρώθης καὶ λόγον καὶ τὸν τρόπον.

[4]) De adverbii forma cf. An. p. 1728 B ἐβάδιζον οὖν ἐπίτροχα.

[5]) Adde H I 123 παρ' οἷς τὸ φεύγειν ἦν ἀκίνδυνος μάχη.

N. 47 et 61 ex nostra quidem sententia obiter commemorat Theophanes p. 318, 15 sq. ὁ δὲ Ῥαζάτης καταλαβὼν καὶ αὐτὸς παρετάξατο τρισὶ φούλκοις (cuneis vertit Anastasius vol. II p. 197, 35) καὶ κατὰ τοῦ βασιλέως ἐχώρησεν. Ac n. 47 coniecturas φόβων pro πόνων et κρειττόνων pro κρείττονας[1]) P III 181 suggerit, sed manum emendatricem Georgides cohibet (Boissonade Anecd. Gr. vol. I) p. 8 sq., ubi eadem ratione[2]) fragmentum nostrum laudatur. In fine autem commodissime duos versus a Suida omissos Gnomologus offert:

ὅταν μάλιστα καὶ κατάλληλον φύσιν
τεθηγμένην εὕρωσιν εἰς εὐτολμίαν,

quibus ex Pisida apte admoveri potest S 704 sq. οὕτως ὁ νοῦς σου τῇ καταλλήλῳ φύσει | πρὸς πᾶσαν ὁρμὴν ἀμφιδέξιος μένει[3]).

Nec multum differt alia gnoma Persas illa quidem adtingens apud Suidam s. v. οἶστρος (n. 69 sive fr. 130 sq.):

οἶστρος γάρ ἐστι καὶ μάλιστα βαρβάροις
πρὸς τὰς μεταβολὰς εὐμεταπτώτως ἔχειν.

Quae sententia procul dubio ex eodem Pisidae carmine hausta est.

Rhazatae consilium n. 61 designat, ac recte (cf. p. 156 supra) Bernhardyus ex BVE[4]) scripturam ὑφεῖλκε reposuit, pro qua Quercius ex editione Kuesteriana ἐφεῖλκε praebet; perinde strategema τῷ δοκεῖν significat P III 187[5]), quo loco τὰ τάγματα plane cum nostra locutione

---

[1]) Cf. P I 35 ἀλλ' ὦ στρατηγὲ τῶν σοφῶν βουλευμάτων, III 374 ταῦτα στρατηγὲ τῶν σοφῶν βουλευμάτων, (qui versus p. 129 inter l. 15 et 16 casu exciderunt), Av. 300 οἱ τὰς κελεύσεις τῶν σοφῶν βουλευμάτων, — P II 60 καὶ πῶς τὰ πυκνὰ πολλάκις βουλεύματα, III 160 τὰ λοξὰ ταῦτα τοῦ δόλου βουλεύματα, — II 348 καὶ πολλὰ λυττῶν τοῖς νόθοις βουλεύμασι.

[2]) Sed v. 1 ἀεί τε male pro ἀεὶ γὰρ legitur. Eodem modo ἀεὶ γὰρ versum inchoat P I 56, III 5, Av. 4. 315, Hex. 22, S 218, Suppl. IV 91. Ceterum recte Georgides ἀεὶ pro αἰεί, quod in Suidae glossa tacite mutavit Quercius, offert. Diphthongum enim ratio metrica in quarto (Hex. 83, Van. 184) et sexto (P II 96, III 331, Av. 131, Suppl. III 14. 63) pede respuit; accedit quod in versus introitu ἀεί, non αἰεὶ Pisidae exempla suppeditant P III 83. 142, Av. 39, Hex. 1060. 1678, S 323. 696, Suppl. III 28, XL 4. — Simili ratione αἰετὸς pro ἀετὸς in Pisida Suidas legerat cf. p. 154 supra.

[3]) V. 1 nostri fetum vox περιστάσεις prodit, quam in deliciis poetae fuisse confirmant P I 119, II 189, III 180. 250, H II 106, Av. 311, Hex. 481. 1537. 1600, Suppl. I 27, IV 18. 39, fr. 37. Sed Hex. 1479 τῇ πρὸς τὸν αὐτῆς δεσπότην περιστάσει optime παραστάσει codices nostri (MVTpN) exhibent.

[4]) Totam glossam omittit A.

[5]) Cf. praeterea P III 215 ἤλαυνον αὐτοὺς τῷ δοκεῖν πεφευγότας. In eadem versus sede phrasis recurrit Av. 71. 469, Hex. 471, Van. 226. Adde Append. Gnom. n. 83 p. 197 infra.

τοὺς ὄγκους concordat cf. ὄγκος τοῦ πλήθους et ὄγκος τοῦ ἀριθμοῦ apud Platonem Leg. V p. 737 C, Reip. IX p. 591 D (cl. Reip. II p. 373 B) et Leg. V p. 737 C (cl. Theaet. p. 155 A)[1].

N. 48, si recto talo stat coniectura nostra de pugna ad Ninivam commissa, Rhazatae lasciva potatio describitur[2]; 'nefarias' voluptates Pisides inlustrat P II 110 sq. οἳ τὰς ἀδέκτους τῶν παθῶν ἐκκλησίας | ἐν ἡδοναῖς χραίνουσιν ἐμπαθεστάταις et Hex. 938 sqq. καὶ κτῆνος οὕτω βράζον εἰς λάγνον πάθος | πρὸς τὴν ἄθεσμον μῖξιν ἐγκρατὲς μένον | Πέρσας ἐλέγχει τοὺς θολοῦντας τὸν βίον, unde Persae ἄθεσμοι vocantur P I 18[3]; 'temulentia' etiam Chosroae crimini datur H I 32 χραίνων τὰ θεῖα τῷ μολυσμῷ τῆς μέθης (cll. 22 et 26), ducis vero petulentiam mulierculae inflammasse putandae sunt. Quam rationem maxime Sarbari et Heraclii comparatio P II 239 sqq. comprobat:

Καὶ ταῦτα μὲν σοὶ σωφρόνως ἐπράττετο,
τῷ δὲ στρατηγῷ τῆς πλάνης τἀναντία,
ὃς ἔργον εἶχεν[4] ὀργάνων καὶ κυμβάλων
ἄσεμνον ἦχον καὶ γυναικῶν ἐκτόπων[5])
ὄρχησιν εἰς γύμνωσιν ἠρεθισμένην.
Σὺ δέ, στρατηγὲ τῆς σοφῆς πανοπλίας,
ψαλμοῖς ἐτέρπου μυστικῶν ἐξ ὀργάνων,
τὸν θεῖον ἦχον ἐντιθεὶς τῇ καρδίᾳ,
εἶχες δὲ σεμνὰ παρθένων σκιρτήματα
τῶν σῶν λογισμῶν τὰς ἀπόρνους ἐλπίδας.

---

[1]) Apud Pisidam propria molis notio comparet Hex. 155 καὶ τὸν τοσοῦτον ὄγκον ἐγκλείσας ἔσω et Suppl. I 9 τὸν ὄγκον αὐτῶν καὶ τὸ δύσφορτον βάρος, — translate tumor superbiae notatur P II 334, Av. 337, Hex. 70. 786. 1296, Van. 12. 224. 239.

[2]) Cf. ad n. 64 (p. 171).

[3]) Cf. Av. 251 καταστρατηγῶν τῆς ἀθέσμου Περσίδος et H I 158 ἐντὸς παρελθεῖν τῆς ἀθέσμου Περσίδος (p. 27 supra).

[4]) Prave Quercius vertit: 'circa illum varia instrumenta et cymbala strepebant indecenter', quasi ἔργον ὀργάνων periphrastice pro ὄργανα dictum esset; scilicet genitivi ὀργάνων καὶ κυμβάλων ab ἦχον pendent, locutio autem ἔργον ἔχειν τι idem fere significat ac phrasis Platonica ἔργον ποιεῖσθαί τι (Phaedr. p. 232 A; cf. etiam Lucian. de saltat. 21). Aliam constructionem offerunt Xenophon Memor. II 10, 6 ἔργον ἔχων τοῦτο σκοπεῖν, Cyrop. VIII 46 ἔργον ἔχειν δεόμενον τούτου κοινωνεῖν τοὺς παρόντας et Plutarchus Anton. 45 p. 937 B ἐν δ' ἔργον εἶχε κινεῖν καὶ στρέφειν πάντα λίθον.

[5]) Versus 247 (σεμνὰ—σκιρτήματα) lectionem ἔκτοπον commendat cf. insuper S 93 κακὴν ὄρχησιν et Van. 178 ἀπρεπῶς ὀρχουμένη, ac facile correctori fucum facere potuit proparoxytonon in versus clausula, quod corruptelae genus in Pisidae carminibus frequentissimum est.

In ipso verborum contextu ἐπεξανῆπτον in ὑπεξανῆπτον mutandum esse censeo cl. Av. 267 ἐντεῦθεν ἡμᾶς τῇ φορᾷ τῶν γραμμάτων | ὑπεξανῆπτεν[1]), sed Suidas procul dubio iam vitiosam scripturam tradidit (cf. p. 146 supra). Quin etiam ipsius glossae forma scrupulos movet, quia ἐξανεγειρομένας pro ἐξανεγειρούσας expectatur, nisi memoriam ita refingas: ἐνθουσιώσας· ἐξανεγειρούσας. Πισίδης· καὶ — ἐπεξανῆπτον· ἀντὶ τοῦ μαινομένας[2]), ubi de activa vocis ἐνθουσιᾶν significatione quodammodo comparari potest Hermes Trismegistus apud Stobaeum Anthol. I 49, 44 (vol. I p. 386, 13 Wachsmuth) ἔρωτας ἐνεθουσίασε (ἐνεθουσία Patr. Cant.) θεοῖς et (p. 391, 4 sq.) ζωοποιὸν ἐνθουσιάσας τῷ κράματι.

Nec opinato oppressi Persae convivio barbaris[3]) canticis strepente desistere, in dimicationem vero descendere coacti sunt. Quae sententia n. 39 et 41 exponitur. Itaque falso verba: ταύτην ἀφέντες τὴν ἀπόσπονδον μέθην | καὶ πᾶσαν ἰλὺν ἀλλοφύλων ᾀσμάτων (n. 39) interpretatur Quercius: 'caeterum, ut videtur, poeta Romanos laudat, quod belli studiis accensi mollem Persarum disciplinam forti animo contemnerent'[4]), recteque mihi n. 41, 1 βάκχους pro Βάκχους reponere videor[5]).

Dimicatio quae ad belli eventum maximi momenti fuit n. 53 commemoratur, nec dubitandum, quin poeta proelii concursum armorumque strepitum uberiore stilo explicuerit. Primis lineis pugnam designat Theophanes p. 319, 1 sqq. πίπτει δὲ ἐν τῷ πολέμῳ ὁ Ῥαζάτης καὶ οἱ τρεῖς τουρμάρχαι τῶν Περσῶν καὶ οἱ ἄρχοντες σχεδὸν πάντες καὶ τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ αὐτῶν, poetae pigmenta verbosa descriptio certaminis a. 622 conserti offert P III 242 sqq.

Ἐντεῦθεν αὐτοῖς συμφορῶν πολυτρόπων
συμπτωμάτων τε καὶ φόνων καὶ κλασμάσων
κίνδυνος ηὐτρέπιστο συντριβῆς γέμων.
Καί πού τις αὐτῶν ἐξ ἀνάγκης ηὔξατο

---

[1]) Translationem inlustrat Hex. 793 τὸν βρασμὸν ἐξάπτουσα τῆς χρυσῆς μέθης, — saepius de iratis tropum adhibet poeta (cf. p. 172 n. 3 infra). Similiter ἀνάπτεται δέησις (P I 10), ἡ τῶν ποθούντων θερμότης (Suppl. IV 16); cf. praeterea ἐξανάπτειν λόγους (P III 8), πόθους (Suppl. IV 30), μάχην (P III 62), ὑπανάπτειν τῶν ἁμαρτιῶν τὸ πῦρ (An. p. 1684 D).

[2]) A Suida pendet Zonaras vol. I p. 749 ἐνθουσιώσας· ἀντὶ τοῦ ἐξανεγειρούσας ἢ (sic) μαινομένας. Πισίδης· καὶ — μέθης (sine ἐπεξανῆπτον).

[3]) De vocis ἀλλόφυλος usu cf. P III 77. 405, Av. 492, An. p. 1680 A.

[4]) Cf. P I 78 ἀφεὶς τὰ πολλὰ τῶν λόγων μυθεύματα, II 215 sq. ὅμως τὰ πολλὰ νῦν ἀφεὶς προειλόμην | τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐξ ἑνὸς διαγράφειν, Av. 265 ἀφεὶς τὸν ἐγγὺς εἶχε τὸν μακρὰν πόνον, Hex. 1643 ἀφεὶς τὸ θαῦμα πρὸς τὸν αἴτιον τρέχει.

[5]) De v. 2 τὴν ἐσχάτην ὄρχησιν ἐξορχουμένους cf. S 93 ἢ τὴν κακὴν ὄρχησιν ἐξορχούμενος.

ἐλθεῖν κατ' αὐτοῦ συντομώτερον ξίφος·
ἄλλος δὲ νώτοις ἱππικοῖς ἐριζάνων
μετέωρος ἤρθη τῇ βίᾳ τοῦ σφίγματος·
πολλοῖς δὲ τεῖχος τὰς καμηλίους τότε
πλευρὰς κατεσκεύαζεν ἡ περίστασις,
κρημνούς τε πάντες ἀγρίων αἰγῶν δίκην
φυγῆς ἀνεξίχνευον ἐκπηδήματα . . . .
Οὕτως ἕκαστος ἀφρόνως ἐδυστύχει[1].

cf. praeterea (de a. 626) Av. 417 sqq. (cl. 466 sq.):

ἄλλος μὲν οὖν ἔπιπτεν ἐκ ῥιπῆς λίθου
λαβὼν κατ' αὐτὸ τὴν βολὴν καὶ τὸν τάφον·
ἄλλος δὲ σύννους προςλαλῶν τῷ συμμάχῳ,
βληθεὶς ἄνωθεν ἐξ ἀδήλου τοξότου,
τὸ πνεῦμα θᾶττον ἀνταφῆκε τοῦ λόγου....
οἱ δ' αὖ γε λοιποὶ πάντες, ἀκρίδων δίκην,
ἔπιπτον ἄρδην, δυςτυχοῦντες εὐστόχως.

Orationis contextum si respicimus, locutio ἐν κακῶν πανηγύρει proverbiali colore imbuta est (cf. Leutschius ad Gregor. Cypr. Leid. II 43: Paroemiogr. Gr. vol. II p. 74) aeque ac συμφορῶν τρικυμία (P I 235) sive συμφορῶν τρικυμίαι P III 298 (cf. Blomfield ad Aeschyl. Prom. 1015). — Vix autem pugnae ultimae tumultum Michaelis Pselli expositio de Pisidae penicillo significat, quam ex epistula inedita protraxit Leo Allatius (apud Fabricium, Biblioth. Gr. ed. Harles, vol. XII p. 8) νόσημα γοῦν εἰπὼν ἐν τῷ λόγῳ, εὐθὺς τὴν ἰατρικὴν πᾶσαν ἐπισυναιρεῖ[2]), μήτε τῶν αἰτίων φειδόμενος μήτε τῶν οἷς θεραπεύεται τὰ νοσήματα· κἂν σειρὰν οὐρανόθεν ἐξαρτύσῃ καί τινας δυνάμεις ταύτης ἐξάψῃ, εὐθὺς οἱ δεσμοὶ καὶ τὰ ἐξαρτύματα καὶ ὅσα τῆς ἀκρότητος καὶ ὅσα τοῦ ἀκροτελεύτου[3]) τῆς χαλαρᾶς ἐκείνης ἁλύσεως· κἂν τὰς ὥρας συναγάγῃ καὶ συνελίξῃ, ὡς ἐν χορῷ βαβαὶ τῆς τῶν χειρῶν ἀντεπιβολῆς καὶ τοῦ κύκλου καὶ τῆς λέξεως καὶ τῆς περιόδου καὶ τοῦ ἐπῳδοῦ καὶ τῆς στροφῆς καὶ τῆς ἀντιστροφῆς καὶ τῆς κινήσεως· εἰ δὲ καὶ θεατρίζειν αἱροῖτο τὸν λόγον καὶ τετράπωλον τὴν συνθήκην ἐρεῖ τῶν

[1]) De Theophanis circumlocutione cf. Stud. p. 22. Similiter Pisides minutiore cura exsecutus esse censendus est, quae Theophanes tradit p. 311, 21 sq. de a. 625 οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τούτους πάντας ἀνεῖλον παρὲξ ἑνός, ὅςτις τῷ Σαρβάρῳ ἐμήνυσεν, p. 314, 7 sqq. de a. 626 εἰς φυγὴν ἐτράπησαν οἱ βάρβαροι καὶ τῇ στενώσει τῆς γεφύρας ὡς βάτραχοι (cf. p. 32 supra) εἰς τὸν ποταμὸν ἑαυτοὺς ἔρριπτον· ἄλλοι δὲ καὶ τοῖς ξίφεσιν ἀνῃροῦντο.

[2]) Vox Lexicis accedat perinde ac ἐξάρτυμα et ἀντεπιβολή.

[3]) Vox in Lexicis omissa recurrit in lemmate Anth. Pal. IX 27.

ὡρῶν, πόσα μὲν περὶ ἡνιόχων φθέγγεται καὶ τῆς ἀρίστης ἡνιοχήσεως, πόσα δὲ περὶ ζυγῶν καὶ τροχῶν καὶ χοινικίδων, ὁποῖαι δὲ αὐτῷ αἱ πλῆμναι καὶ αἱ τῶν τροχῶν ἀψῖδες τά τε ἵππεια (sic lege pro ἱππεῖα) φάλαρα καὶ φρυάγματα; καταβαίνει δὲ ὁ λόγος αὐτοῦ καὶ μέχρι τῶν τελευταίων τῆς τέχνης καὶ περὶ ἃ οὐδὲ αὐτοὶ εἴποιεν οἱ τὴν τέχνην πραγματευόμενοι· εἰ δὲ καὶ φάλαγγας ἀλλήλας φήσειεν, εὕροις ἂν ἐκεῖσε τὴν ἱππικὴν ἅπασαν καὶ πεζικὴν σύνταξιν, τοὺς δορυφόρους, τοὺς ἀκοντιστάς, τοὺς τοξότας, τὸν ἐναμοτίαν, τὸν ἡμιλοχίτην, τὸν οὐραγόν, τὸν παραστάτην, καὶ ὥςπερ ἀπὸ σφενδόνης αὐτοῦ οἱ στίχοι ἅλλονται. Coniuncte enim elata est sententia de proelii simulacro, quemadmodum Parthenii, Euphorionis Callimachique verbositatem Lucianus (πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν 57) exagitat. Nec iudicium simpliciter elatum obstaret, quominus potius de P II 127—142, III 30—87. 186—292, Av. 417—435, quam de carminis deperditi loco, qui Pselli narrationem penitus referret, cogitaretur. Cogitationis enim luxuria abreptus ipse Psellus temperare sibi non potuit, quin vocum turbas funderet, quae ratio etiam in praecedentibus comparet, ubi copiosa loquacitate Hexaëmeri particulae quaedam enarrantur. Sine ambagibus sententia νόσημα—νοσήματα ad Hex. 1531—1615 (cf. insuper 941 sqq. et 1356 sqq.) spectat, sed inanis verborum torrens diatriben de caelo v. 85 sqq. reddit, siquidem ex Il. 8, 19 sqq., non ex Pisidae opusculo[1]) orationis lumina petuntur. Neque enim S 1 sqq. in censum venit[2]): χρυσῆν ἀληθῶς οὐρανοῦ σειρὰν βλέπω | τὴν σὴν πρὸς ἡμᾶς φρονιμωτάτην[3]) φρένα· | σὺ μὲν γὰρ ἀκρότητι τῶν ἄνω λόγων | σεαυτὸν ἐστήριξας· ἐκ δὲ σοῦ πάλιν | ἡμεῖς τὰ τέκνα πάντες ἐξηρτημένοι | ἀρθῶμεν ἐν σοὶ τοῖς μεταρσίοις λόγοις | πρὸς τὰς ἐπάρσεις τῶν ἐν ὕψει δογμάτων, | εἰ καὶ γεῶδες δυςφοροῦμεν φορτίον, neque ad Hexaëmeri amplioris exemplar[4]) coniectura ducit, praesertim si Pselli verba κἂν τὰς ὥρας—κινήσεως et εἰ δὲ καὶ—πραγματευόμενοι ad fontes revocantur: a) Hex. 289 sqq. καὶ ταῦτα δρῶσιν ἐξ ἀμοιβαίου δρόμου | κόραις ὁμοίως συγχορευούσαις ἅμα | καὶ συμβαλούσαις τοὺς ἑαυτῶν δακτύλους, | ὅπως χορὸν πλέξωσιν εὐρύθμου[5]) βίου et b) 338 sqq. ὦ τετράπωλον ὥςπερ ἅρματος θέσιν |

---

[1]) Catenas poeta noster strictim commemorat Hex. 514 sqq. σειραῖς δὲ μᾶλλον ἠγνοημέναις ὅλοις | ποιῶν κρεμαστὴν τὴν πάνορμον ὁλκάδα.

[2]) Quae Querci est sententia p. XXXVI (p. 1194 Migne).

[3]) Metro satisfaciens Hilbergius 'Wiener Studien' vol. IX p. 218 παμφρονιμωτάτην coniecit. Sane Pisides etiam σωφρονεστάτην vel ἐμφρονεστάτην scribere potuit, sed corruptelae ratio perlucet, si φρονιμωτάτην vocis συντομωτάτην scholion esse statuatur, quae eodem modo de Heraclio adhibetur S 450 ὁ σύντομος νοῦς cf. praeterea P III 220 et Av. 246 ἡ τομωτάτη φύσις.

[4]) Cf. Stud. p. 174 sqq.

[5]) Εὔρυθμον non recte ex B adsumpsit Hercher.

στοιχεῖα τάττων, ἡνιοχῶν δὲ τοὺς χρονους | ἐν ἑπτακύκλοις ἡμερῶν περιδρόμοις, | διεξάγων δὲ τοῦ βίου τὸν ἄξονα | ῥυμῷ[1]) συνήθει καὶ τροχῷ βεβηκότι, | καὶ συμφυλάττων τὰς συνεκτικὰς θύρας. | μήπως ὄχημα τοῦ συνήθους ἐκδράμοι[2]) | καὶ σκύλμα πέμψῃ καὶ ταράξῃ τὴν θέαν, | δημοφθόρου τε φύρσιν[3]) ἐμβάλῃ μάχης, | ἀλλ' ὥστε πάντων τακτὸν εἶναι τὸν δρόμον.

Ante pugnam Niniviticam Heraclius ad milites concionatus est cf. Theoph. p. 318, 15. Quodsi in re incertissima hariolari licet, orationis frusta etiamnunc in reliquiis a Suida traditis adgnosci possunt: n. 66. 64. 50.

Itaque n. 66 Persarum exercitus denotatur; nam Rhazatae spatharius a Baane captus ἀνήγγειλε τῷ βασιλεῖ, ὅτι πολεμῆσαι αὐτὸν βούλεται ὁ Ῥαζάτης, οὕτω κελευσθεὶς παρὰ Χοσρόου, καὶ τρισχιλίους ὡπλισμένους ἀπέστειλεν αὐτῷ· ἀλλ' ἀκμὴν οὐκ ἔφθασαν· ταῦτα δὲ μαθὼν ὁ βασιλεὺς προαπέλυσε τὸ τοῦλδον ἔμπροσθεν· καὶ αὐτὸς ἐπηκολούθει σκεπτόμενος εὑρεῖν τόπον, ἐν ᾧ ὤφειλε πολεμῆσαι, πρὸ τοῦ ἑνωθῶσιν αὐτοῖς οἱ τρισχίλιοι (Theoph. p. 318, 9 sqq.). Intransitivum vocis φύρειν[4]) usum praebet etiam Lycophro 217. exempla Byzantina profert Du Cange Glossar. p. 1490 sq. et Append. p. 178 cf. praeterea Kuehner-Gerth, ausf. Gramm. § 373 vol. II 1 p. 91 sqq.[5])

N. 64 ad Rhazaten spectat cf. n. 48, 2 cl. 39, 1[6]). Quodsi Lexicographi verba ad amussim examinantur. scriptura προσώχθισεν μέθῃ pro προσοχθεῖ τῇ μέθῃ sponte se offert, sicuti fr. 64 ἀτρομήτως pro ἀτρόμως p. 165 reponendum esse vidimus: sed fortasse nostro loco Suidae ratio excusari potest cll. n. 1. 2. 4. 15. Certe ipsa vox προσοχθεῖν nullam dubitationem habet, etsi Psalm. XXI 25 codicum memoria inter προσώχθησα et προσώχθισα fluctuat cf. enim ὀχθέω et εὐοχθέω, tum Hesychii glossa οὐ προσώχθησαν· οὐκ ἀπεστράφησαν cum Albertii nota vol. II p. 817.

N. 50 nescio an Chosroae superba pervicacia deploretur, quae longinqui belli causa principalis fuerit cf. Theoph. p. 306, 23 sqq. Ἡράκλειος δὲ ἔγραφε πρὸς Χοσρόην, ἢ τὴν εἰρήνην ἀσπάσασθαι ἢ ἑαυτὸν εἰς τὴν Περσίδα σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ εἰσβαλεῖν· ὁ δὲ Χοσρόης οὔτε τὴν εἰρήνην

[1]) Sic recte Hercher pro ῥυθμῷ (Mor. et Qu. = Np_2) ex margine editionis Morellianae (= $MVTp_1$) scripsit.

[2]) Cf. p. 126 supra.

[3]) Ex B (= TpN) vulgatam scripturam λύσιν correxit Hercher cf. Av. 464, S 46. 52. 487, Suppl. II 81. Variam codicum lectionem Morelli margo: γρ. φύσιν καὶ φρίσι (pro φύρσιν!) exprimit. Certe φύσιν in MV extat eademque ratio Hex. 1072 γνώμης δὲ φύσις ἀστατεῖν εἰθισμένη recurrit, ubi Hercher optime cum B (= MT) φύρσις reposuit.

[4]) De sensu cf. Av. 449 ἐπῆλθον ἡμῶν σὺν βοῇ ταῖς ὁλκάσιν et P III 168 πάλιν πρὸς ἡμᾶς ἀντανέρχεται δρόμῳ.

[5]) Pisides activam significationem exhibet H II 159, Hex. 726, fr. 156.

[6]) De Chosroa poetam loqui suspicatus est Quercius.

ἠσπάζετο οὔτε τι τὸν λόγον ἡγεῖτο, ὅτι Ἡράκλειος τολμᾷ τῇ Περσίδι πλησιάσαι. Dubitari vero nequit, quin ipsa Pisidae verba labem contraxerint; Quercius quidem duorum versuum particulas adgnovit, qua ratione admissa ἔσβεστο θάρσος reposcitur; ac formam θάρσος vindicat Hex. 926 τίς τῷ λέοντι θάρσος ἢ τῇ δορκάδι, ubi θράσος similiter T suppeditat. Bene tamen intellexit Bernhardyus, ἂν falso in Suidae codices irrepsisse, sed malum auget coniectura: εἰ γὰρ τὸ Περσίδος τότ' ἔσβεστο θράσος, qua quidem et caesura expellatur et elisio (τότ') a poetae usu alienissima inculcetur. Quae observatio etiam Hilbergii opinionem ('Wiener Studien' vol. IX p. 221) εἰ γὰρ τότ' αὐτὸ Περσίδος ἔσβεστο θράσος temptantis refellit. Sufficit: εἰ γὰρ αὐτὸ Περσίδος | ἔσβεστο θάρσος, quamquam etiam scriptura θάρσος supersedere possumus, si θράσος ex Lexicographi usu ad sententiam explendam ex sequentibus arcessitum esse statuamus[1]). De vocis ἔσβεστο usu translato cf. Suppl. III 22 sq. οἳ (scil. Μῆδοι) πολλάκις ζέσανες ἀγρίῳ τρόπῳ | τῷ σῷ κατεσβέσθησαν ἡμέρῳ λόγῳ. Adde P I 238 γῆς καὶ θαλάττης τὸν σάλον κατέσβεσας, III 116 καὶ πρὶν δι' ἡμᾶς τοὺς φόνους κατασβέσας, Av. 49 sq. μόλις μὲν οὖν ἔσβεστο τῆς τυραννίδος | ὁ δυςκάθεκτος καὶ βιοφθόρος δράκων, Hex. 1588 sqq. οἴδημα γαστρὸς καὶ ποδῶν ἐπιῤῥύσεις | νεύρων τε πληγὰς καὶ ζοφώσεις ὀμμάτων | καὶ τὴν πρὸ ῥινῶν[2]) αἱματόῤῥοιαν σβέσεις, Van. 91 (τίς) θρήνῳ γελῶντι μὴ σβέσοι τὸ παίγνιον, Suppl. I 27 εἰ μὴ φθάσας σὺ τὴν περίστασιν σβέσεις, III 54 κατεῖχεν ὥςτε τὴν καταιγίδα σβέσαι. Colorem proprium magis prodit Hex 1601 καὶ ψυχρὸς ἰὸς θερμὸν ἔσβεσεν πάθος, cui exemplo admoverem P II 319 τὴν λύτταν αὐτοῦ τὴν ἀνάπτουσαν σβέσει, nisi ἀνάττουσαν in scriptura ἀνάπτουσαν[3]) delitescere mihi persuasissem cl. Av. 93 καὶ θυμὸς ᾄττων εἰς ἀνάμνησιν μέθης.

Ad Pisidae carmen redit praeterea n. 59 (fr. 121) ταύτην δὲ τὴν φάλαγγα τὴν νεοσπάδα, quamquam trimetri locus genuinus designari ne-

---

[1]) Quae medela certe lenior est quam εἰ γὰρ κατ' αὐτὸ καὶ τὸ Περσίδος θράσος | ἔσβεστο, ubi κατ' αὐτὸ inlustrat Pisides Av. 418 et Van. 40. Duae praeterea clausulae (εἰ γὰρ αὐτὸ Περσίδος et ἔσβεστο θράσος) in censum venire possunt cl. n. 54 (p. 160 supra).

[2]) L. πρόρινον cum Vp. Coniectandi ansam correctori probabiliter lectio πρόῤῥινον praebuit, quae etiamnunc in B comparet; verum enim vero plane eadem ratione exaratum extat τὸ πρόρινον apud Hesychium (s. v. προκιόνιον et πρόρινον), neque ρ in compositis ἄρις (sive ἄριν, quod compositionis praeceptum etiam in sequentibus valet), εὔρις, εὐθύρις, κελαινόρις, κολοβόρις, ὀξύρις, παχύρις, πλατύρις, — ἀγκυλόρινος, ἄρινος, εὔρινος, καλόρινος, λεπτόρινος, μεγαλόρινος, στρεβλόρινος, ὑπόρινος, — ἀκρορίνιον, — διάρινον (cf. Hesych. et Theophanis libri p. 435, 31) geminatur.

[3]) Quae quidem propter formam activam scrupulos movet cf. Av. 475 ἐντεῦθεν ὁ πρὶν ἀφθόνως ἀνημμένος (de Sarbaro), An. p. 1717 D ὁ δὲ τοῖς λόγοις τὴν φλόγα τοῦ θυμοῦ δίκην ἐλαίου προςαγωγῆς (προςαγωγῇ perperam coni. Quercius) ἀναπτόμενος cl. Av. 340 sq. ὁ Περσικὸς γὰρ ἐξανῆπτεν οἰκέτης | τὸν θυμόν.

quit; haud inficete de anno 625 cogitaveris conlata Theophanis narratione p. 310, 21 sqq. οἱ δὲ Λαζοὶ ἅμα τοῖς Ἀβασγοῖς δειλιάσαντες ἀπέσπασαν ἑαυτοὺς τῆς τῶν Ῥωμαίων συμμαχίας καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ἀνεχώρησαν [1]), — nihil tamen impedit, quominus propter eiusdem Theophanis memoriam potius de anno 626 vel 627 cogitetur cf. p. 313, 22 sqq. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτους διεκώλυσεν ἀτάκτως παρεκθέειν, μήπως ὁδὸς γένηται τοῖς ἐναντίοις συνελθεῖν εἰς τὴν γέφυραν καὶ συμπερᾶσαι· ὁ δὲ λαὸς οὐκ ἐπείθετο τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ Σάρβαρος ποιήσας ἐγκρύμματα καὶ δείξας ἑαυτὸν ὡς φεύγοντα εἵλκυσε πολλοὺς Ῥωμαίους παρὰ γνώμην τοῦ βασιλέως εἰς δίωξιν αὐτοῦ περᾶσαι· ὑποστρέψας δὲ καὶ τούτους τρεψάμενος, ὅσους ἔξω τῆς γεφύρας ἔφθασεν, ἀνεῖλε δίκην ὑποσχόντας τῆς παρακοῆς et p. 317, 18 sqq. οἱ δὲ Τοῦρκοι τόν τε χειμῶνα ὁρῶντες καὶ τὰς συνεχεῖς ἐπιδρομὰς τῶν Περσῶν, μὴ ὑποφέροντες συγκοπιᾶν τῷ βασιλεῖ ἤρξαντο κατ' ὀλίγον ὑποῤῥέειν, καὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν ὑπέστρεψαν.

Restant tria fragmenta a Suida tradita, quae certam coniectandi ansam non praebeant:

n. 31 ἐρῶ δέ σοι νῦν, εἴπερ οὐ βύειν θέλεις [2]),
55 πραγμάτων πάντως δύο
κίβδηλός ἐστιν ἐργάτης εἷς, ὡς λόγος,
63 καὶ τὰς ἰκμάδας
πωροῦντα καὶ σφίγγοντα λιθώδει τρόπῳ.

Neque omnino necessaria est coniectura de carmine historico, si reliquias s. v. δύναμις (n. 35) et φθόνος (n. 36) aliunde petitas reputamus. — Colorem historicum n. 63 accipit, si Hilbergio ('Wiener Studien' vol. IX p. 221) λυσσώδει (sive λυττώδει) pro λιθώδει rescribenti adstipulamur cl. P II 303 sqq. Ξέρξην μὲν οὖν λέγουσι λυσσώδει τρόπῳ [3]) | μῖξαι θέλοντα τὰς διεστώσας φύσεις | ὕδωρ πετρῶσαι [4]) καὶ θαλασσῶσαι χθόνα. Vix tamen ἰκμάδας sensu illo Pisides usurpasset cf. H I 182, Hex. 254. 310. 316. 320. 325. 512. 1175. 1216. 1262. 1638, Suppl. II 116, fr. 156, inprimis vero Hex. 559, ubi ex Aristotelis sententia (Meteor. I 12) grandinis causa et origo plane simili verborum ornatu enarrantur (v. 556 sqq.): ὡς ἥλιος μὲν ὑγρὸν ἁρπάσας πάχος | καὶ πρὸς τὰ

[1]) Qua Heraclii calamitate elatus Saïn, Persarum dux, una cum Sarbaro in Romanos inrupit, imperator vero adflictos militum animos oratione excitavit, qua de cf. Stud. p. 49 sq.

[2]) Cf. p. 129 supra.

[3]) Cf. insuper ἀγρίῳ τρόπῳ Suppl. III 22, cui notioni σώφρονι τρόπῳ oppitur P III 336.

[4]) Cf. Stud. p. 110.

[5]) Περιστείλας vulgo editur, attamen περικλείσας rectissime VTpNB et Morelli margo praebent, neque aliam scripturam περικλέσας in M significat.

κοῖλα τῶν νεφῶν ὀρύγματα | τὴν ψῦξιν ἐνθεὶς καὶ περικλείσας[5]) ὅλην | τῆς ψυχρότητος ἐν βάθει τὴν ἰκμάδα | λιθοῖ τὸ χαῦνον καὶ παχύνει τὴν φύσιν,[1]) | κἀντεῦθεν ἡ χάλαζα μαρμαρουμένη | χύσις κυλίνδρων γίνεται λιθοδρόμων, | ὁ δ' αὖ γε χειμὼν ψυχρότητος ἐκτάσει | νάρκωσιν ἐνθεὶς τῆς ῥοῆς τῇ συστάσει | χεῖσθαι μὲν αὐτὴν οὐκ ἐᾷ χαυνουμένην, | σφίγγων δὲ καὶ σπῶν δεικνύει πεπηγμένην. Itaque eo inclinamus, ut diffusam grandinis descriptionem nostro fragmento contineri iudicetur, quae sane etiam in expositione certaminis inter Saïn, Persarum ducem, et Theodorum, Heraclii fratrem, anno 626 conserti locum habere potuit, ubi χάλαζα παραδόξως κατὰ τῶν βαρβάρων κατηνέχθη καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἐπάταξεν, ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων παράταξις γαλήνης ἀπήλαυεν (Theoph. p. 315, 20 sq.). — Quodsi alia corruptae memoriae medicina requiritur, haudquaquam Hermanni et Bernhardyi ratio adridet vocem λιθοειδεῖ a Pisida alienam (cf. λιθώδης Hex. 1469, λιθώδεις P III 123) invehentium, sed eiusdem generis interpolatio adgnoscenda est, quod in scriptura οἱ λίθοι pro αἱ πέτραι ad P III 39 (Stud. p. 111) demonstravimus. Itaque πετρώδει pro λιθώδει corrigendum esse puto cf. H II 146 καὶ τὰς πετρώδεις ἐξοχὰς καὶ δυςβάτους. Facile autem λιθώδει in glossam irrepere potuit, quae verba πῶρος· ἀπολίθωσις ὑγροῦ· καὶ πωρῶ ῥῆμα· τὸ σκληρύνω καὶ λιθοποιῶ praemittit, notam καὶ πώρινος λίθος subiungit.

Futtile vero Quercii est iudicium de Hexaëmeri amplioris particula (cf. p. 153 supra), praesertim cum illic res uberrime (inde a v. 545) enucleata sit. Revera carmen nostro auctius Suidae glossa significat vol. I 1 p. 1090, 2 sqq. Γεώργιος· διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ χαρτοφύλαξ, τὸ ἐπίκλην Πισίδης. Ἑξαήμερον δι' ἰάμβων εἰς ἔπη τριςχίλια, εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον, ἔτι τε Ἀβαρικά· καὶ καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον[2]), sed unius Suidae auctoritas admodum debilis esse videtur, ac potius nu-

φυ
[1]) L. ῥύσιν cum Herchero; coniecturam lectio χύσιν im B sapit; χύσιν offert N.

[2]) Εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον non solum in Vossiano, sed etiam in optimo libro A (Paris. 2625), quem ipse oculis lustravi (f. 128[r]), legitur, sed non dubitandum est, quin deteriorem codicum scriptura Ἀναστάσιον genuina sit: facilius enim corrector induci potuit, ut inlustre Magni Athanasii nomen, etiam a Gregorio Nazianzeno (Patr. Gr. vol. XXXV p. 1081 sqq.) celebratum, pro obscuro martyre Anastasio inculcaret. Anastasii encomium ex Laurentiano Plut. IX n. 14 (sic, non 13) f. 260[r] sqq. protraxit Quercius, equidem Pisidae nomine instructum legi insuper in Escurialensi X—III—14 (membr. in 4°, s. XII) f. 164[r] sqq. et Ottoboniano 91 (chart. in fol., s. XVI) f. 68[r] sqq., quod inprimis propter Usenerum (Acta martyris Anastasii Persae — Bonnae 1894 — p. IV) moneo, cuius sententia de Sophronio laudationis auctore alibi examinabitur. Ceterum Escurialensis liber non diversus est a codice Antonii Augustini, quem periisse censet E. Miller, Catalogue des manuscrits Grecs de la bibliothèque de l' Escurial (Paris. 1848) p. X.

meri mendosi suspicio se offert; nam δι' ἰάμβων εἰς ἔπη τρισχίλια ad sequentia ita trahere, ut carmina historica de bellis Persicis (P, H, poema deperditum) et Av. denotentur, Lexicographi usus nos vetat, qui eiusmodi notitias semper opusculis subiungat, numquam praemittat cf. s. v. Ἀνάχαρσις vol. I 1 p. 381 sq., Ἀντίμαχος ib. p. 475, 9 sq., Ἀριστέας p. 721, 3 sq., Ἀρίων p. 716, 6 sq., Ἐμπεδοκλῆς I 2 p. 207, 18 sqq., Εὔμολπος p. 620 sq., Ἤριννα p. 891, 12 sqq., Θάμυρις p. 1108, 10, Θέογνις p. 1129, 1, Κλεόβουλος II 1 p. 278, 12, Μαριανός p. 697, 6 sqq., Ὀρφεύς p. 1175, 8, Παλαίφατος II 2 p. 21 sq., Πανύασις p. 57 sq., Περίανδρος p. 193, 20, Πιττακός p. 286, 9 [1]).

Nec quidquam iuvat, quod in Philippi Labbei 'Nova Bibliotheca Mss. librorum' (Paris 1653) 'ex indice librorum nondum editorum confecto a Scipione Tettio Neapolitano' duae de uno et eodem codice notae proferuntur: 'Georgii Pisidae cosmopoea carmine iambico versibus trecentis in Stroziana' (p. 169) et 'Georgii Pisidae cosmopoea iambicis tribus millibus' (p. 385). Sane priorem mendo inquinatam esse nemo non videt, sed altera procul dubio ex Suida fluxit [2]). Cui iudicio vel inde adminiculum paratur, quod nusquam Tettii catalogus (p. 166—174 et 284 sq.) stichometriae rationem habet. Ceterum Pisidae liber a Labbeo indicatus etiamnunc investigari potest; ipsum Tettium si audis (p. 168), 'bibliotheca Petri Strozae primum fuit cardinalis Rodulfi, postea Catharinae, reginae Francorum' [3]), Catharinae vero codices bybliothecae tunc Regiae, nunc Nationali insertos esse aliunde satis constat [4]). Jam vero haec Hexaëmeri exempla illic sub nomine Georgii Pisidae [5]) comparent:

[1]) Quodsi sententia illa cadit, codicis M inscriptio f. 59r εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα καὶ εἰς τοὺς Περσικοὺς πολέμους καὶ ὅτε ἐξήρχετο ἀπὸ τῆς πόλεως (pro εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως Vp) eo ducit, ut verbis εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον apud Suidam tantummodo P designari putemus, Quercii coniectura abiecta, qui P et H adgnoscit. Heracliadem igitur eodem iure Suidas reticuisse putandus est, quo S (Stud. p. 127 sqq.), Suppl. I (ib. p. 137), Suppl. XXVIII (p. 140) et carmen deperditum (p. 141 sqq.) diserte commemorare neglexit.

[2]) Inter lemma Γεωργίου διακόνου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ ῥαιφερενδαρίου τοῦ Πισίδου ἑξαήμερον et Hexaëmeri contextum Suidae glossa de poeta nostro (ἐκ τῶν τοῦ Σουΐδα περὶ τοῦ Πισίδου) in codice quodam Clarquiano (nunc Bodleiano) extat, de quo cf. Catalogus sive Notitia mss., qui a cel. E. D. Clarke comparati in bibliotheca Bodleiana adservantur. Pars prior (Oxonii 1812) p. 5.

[3]) Cf. etiam A. Franklin, les anciennes bibliothèques de Paris vol. II (Par. 1870) p. 153 sqq.

[4]) Cf. H. Omont, Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la Bibliothèque Nationale vol. I (Par. 1886) p. VI.

[5]) Hexaëmeri codices, qui Cyrilli nomen mentiuntur, ad rem nostram nihil faciunt.

n. **854** (bomb. in 4⁰, s. XIII, nobis *N*) f. 176ʳ sqq. Γεωργίου διακόνου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ ῥαιφερενδαρίου τοῦ Πισίδου στίχοι εἰς τὴν ἑξαήμερον, —

n. **1277** (bomb. in 4⁰, s. XIII) f. 218ʳ sqq. Γεωργίου διακόνου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Πισίδου (πισι cod.) στίχοι εἰς τὴν ἑξαήμερον <adde: καὶ> [1]) τὸ ὡς ἐμεγαλύνθη, —

n. **1302** (bomb. in 4⁰, s. XIII) f. 230ᵛ sqq. Γεωργίου τοῦ ἁγιωτάτου διακόνου Κωνσταντινουπόλεως ῥεφερενδαρίου (ῥεφερεν τρ), ὀρφανοτρόφου, γηροκόμου, τοῦ ἐπίκλην Πισίδου, λόγοι δι' ἰάμβων εἰς τὸ ἑξαήμερον καὶ εἰς τό· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, —

Suppl. 139 (membr. in 16⁰, s. XIV, nobis *p*) στίχοι Γεωργίου διακόνου καὶ σκευοφύλακος τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας τοῦ Πισίδου εἰς τὴν ἑξαήμερον f. 1ʳ sqq. [2])

Quos codices si adcuratius perpendimus, ex libris Catharinae Mediceae duo repeti possunt: n. 854 (= Medic. Reg. 2431) et 1302 (= Medic. Reg. 3979) [3]), nec tamen Hexaëmeron auctius lucramur. Omnino autem falsa est opinio Edmundi Bouvy, carmen iambicum de Vanitate vitae Hexaëmeri partem esse pronuntiantis (Poètes et Mèlodes. Étude sur les origines du Rhythme tonique dans l' hymnographie de l' église grecque — Nîmes 1886 — p. 167 n. 1), cui praeiverat Morellus f. 4ᵃ καὶ μὴν ἕτερόν τι τοῦ αὐτοῦ ἰαμβειογράφου ποιημάτιον εἰς μάταιον βίον, ἐλλιπές γε καὶ τὸ μὲν ἐμοὶ δόξαν ἑξαημέρου ἢ κοσμουργίας ἀποσπασμάτιον προσεθήκαμεν.

N. 55 ad historicum carmen refert Quercius, 'quamvis non satis apparet, quomodo haec de Chosroa dicantur'. Si co-

[1]) Cf. n. 1302.

[2]) Initio mutilus est M (Suppl. Gr. 690, membr. in 4⁰, s. XII), ubi carmen inde a v. 143 (f. 32ʳ sqq.) legitur; lemmate caret Hexaëmeri fragmentum (v. 1 — 63) in Par. 196 (membr. in 4⁰, s. XIII), f. 164ʳ, de quo haec habet Omont vol. I p. 22: 'anonymi versus παντὸς ἔργου καὶ θεηγόρου.' Scilicet litteram initialem ὦ rubricator non addidit.

[3]) Par. 2831 (= Medic. Reg. 3333) consulto omisi; neque enim post Pisidae parva carmina (f. 152ᵛ) Hexaëmeron legitur, sed Theodori Prodromi tetrasticha varia (f. 152ᵛ sqq.), quorum initium (ἐν ἡμέραις ἓξ τὴν κτίσιν κτίζεις Λόγε: Patr. Gr. vol. CXXXIII p. 1101 sqq.) indicis confectoribus fucum fecit. —Attamen Melloti (Catal codd. mss. Bibliothecae Regiae vol. II — 1744 — p. 563) error a Quercio (p. 1186 Migne) repetitus, qui etiam ex Par. 2871 (chart. in 4⁰, s. XVI) 'Georgii Pisidae carmen iambicum de mundi opificio' citat, apud Omontium (vol. III p. 52) sublatus est, quiquidem Manuelis Philae poema de proprietatibus animalium (inc. <ἐ>χρῆν μὲν Ἀδὰμ τὸν γενάρχην, τὸν μέγαν) illic (f. 1—28ʳ) contineri recte indicavit.

gitationis luxuria admittitur, de Persarum strategemate ad irritum redacto cogitari potest. Loci communis sententiam quadamtenus explicat Hex. 221 sqq., ubi solem poeta adpellat τὸ πάντροφον πῦρ, τὸν ὑπὸ γῆν μὲν ἑσπέρας, | ὑπὲρ δὲ τὴν γῆν ἐργάτην τῆς ἡμέρας et 367 sq., quo loco stellam, quae et Luciferi et Vesperi munere fungitur, Pisides ἐργάτην διπλοδρόμον[1]), | κήρυκα νυκτὸς καὶ προφήτην ἡμέρας nuncupat. Ex contrario araneus Hex. 1191 sq. διττὸν ἔργον ἐξ ἑνὸς ποιεῖ μίτου, | λίνα πρὸς ἄγραν καὶ πρὸς οἴκησιν στέγην cf. praeterea 319 ἀλλ' ὥςπερ εἰς ἓν ἔργον ἐργάται δύο et 576 sq. πόθεν συνῆλθον εἰς συνέργειαν μίαν | ἐναντίως ἔχοντες ἐργάται δύο. Quae exempla ad communem fontem videntur redire[2]), quem satis distincte ὡς λόγος significat cf. Suppl. IV 114 sq. διττοῦ γὰρ εἰςφρήσαντος, ὥς φασιν, πόνου | τὸν ἄλλον ἠμαύρωσεν ὁ σφοδρὸς πόνος, ubi non εἰςφρήσαντος, sed ipsa sententia premitur[3]), tum ibid. 34 sq. πρὸς ἡδονὴν δὲ τόξον ἕλκων, ὡς λέγει, | πληγὴν ἀφῆκε τῷ τετρωμένῳ μόνον, ubi nihil mutandum, siquidem ellipseos ὁ λόγος (ἡ παροιμία) eadem est ratio, quae H I 55 καὶ πλάνητας οὐκ ἔχει | τοὺς ἑπτά, φησίν[4]), ἀλλ' ὅλους τοὺς ἀστέρας deprehenditur. — Ceterum omni dubitatione indeclinabibilis forma δύο caret, quamquam et genitivus δυοῖν (S 511) et dativi δυοῖν (S 316. 599)[5]), δυσὶν (Hex. 179. 180. 181. 328) occurrunt. Perinde enim omnibus casibus δύο inservit Av. 335, Hex. 319. 577. 723, Van. 23, S 45. 143. 147. 148. 215. 237. 489. 529. 539. 541. 646. 659, Suppl. I 38, IV 27. 129; qui loci omnes extremum pedem explent. Cui ex unico codice (V) S 423 ἔργῳ δὲ δεικνύς, ὡς συνῆλθον αἱ δύω forma δύο reddenda est, etsi δύω in eadem versus sede sine varietate legitur Hex. 256, S 142. 145. 257. 262. 287. 300. 304. 349. 490. 514. 567, metri vero

[1]) Sic recte pro διπλοδρόμων ex B correxit Hercher, cuius scripturam MTVpN comprobant.

[2]) Vox ἐργάτης usurpatur etiam Hex. 222. 693. 910. 928. 1116 1214 1276, Van. 93, S 364.

[3]) Alibi locutio ὥς φασιν sive ὥς λέγουσι(ν) narrationes ex variis disciplinis haustas introducit cf. a) H II 178 (regum Persarum chronologia), Hex. 1595 (blenni natura), S 143 (Severianorum dogma); b) Hex. 1341 (vesparum, cantharorum et apum generatio), 1575 (leonis adeps), S 145 (Severianorum doctrina). Similiter post φασὶν sive λέγουσι(ν) in oratione obliqua notitiae physicae, geographicae, historicae proferuntur cf. α) H II 168 (de oppidi Darartasis situ); — β) P II 303 (de Xerxe), H II 174 (de Artasere), Hex. 66 (de Proclo), 1608 (de scorpionis aculeo), S 346 (de Iulio, pontifice Romano), 702 (de amphibiorum natura); unde Suppl. I 97 τροχός τις, ὃν λέγουσι χερσαῖον τέρας inter 97 et 98 versum intercidisse suspicor. Adde P I 52 p. 195.

[4]) Accedat S 148 (ex Severianorum mente) μή, φησίν, ὀφθῇ τῇ μεθέξει τῶν δύο | τετραπρόσωπος ἡ Τριὰς νοουμένη.

[5]) Δυεῖν V exhibet.

legibus vindicatur in pede primo (S 277. 417. 495), secundo (S 317), quarto (S 270. 295. 297. 301), quinto (S 259. 260. 263. 554)[1].

Verum haec hactenus! Libidini si frena permittimus, profecto campus, in quo animus exsultare possit, aliquantum dilatatur: eodem enim iure quo Suidas poetae nostri fragmenta saepenumero sine auctoris nomine (cf. n. 6. 8. 9. 10. 23. 24. 28. 34. 36) profert, alios quoque versus anonymos ex coniectura ad Pisidam revocare licet, sed instabilitatis mare ita profundum est, ut nullae ancorae sidant. Quapropter in casum ancipitis eventus paucissimas observationes committam.

Haud sine probabilitatis specie Toupius Emend. vol. II p. 217 sq. Pisidae fragmentum elicuisse sibi visus est ex Lexicographi glossa (vol. II 2 p. 960, 8 sqq.): συνδέτας· συνδεδεμένας·

κακοὺς γὰρ εἶχον τοὺς λογισμοὺς συνδέτας
μορφῶν τὸ κάλλος τοῦ σοφοῦ Γεωργίου.

Quam vero adiecit interpretationem (dicit poeta se plus satis in corpore suo formando et expoliendo occupatum fuisse), recte reiecit Bernhardyus. Sane auctor se ipse adpellat Suppl. CVII 1 sed nostro loco, si Pisidae verba adgnoscuntur, alius manifesto Georgius in censum venit, cuius pulchritudinem enarrans humiles cogitationes poeta constrinxit[2]). Cui sententiae festiva Alypii descriptio respondere videtur, ad quam omnes cogitationes se direxisse Pisides adfirmat Suppl. I 18 sq. ὡς γὰρ προεχθὲς τῆς γραφῆς ἀπηρξάμην | καὶ τοὺς λογισμοὺς εἶχον εἰς τὴν εἰκόνα.

Iocosum Alypii characterismum, cuius corpus pulmonis marini (Suppl. I 31 sq.), channi (90 sqq.), trochi (96) formam reddere videtur, in mentem revocant glossae: vol. II 2 p. 690, 13 sqq. σαῦρα καὶ σαῦρος· ἑρπυστικὸν ζῷον·

σαύρῳ δὲ λοιπὸν ἐμφερὴς ἐγίγνετο,
(ἑρπυστικὸν δὲ τοῦτο τὸ ζῷον γένος),
ὃν εἰ τέμοι τις καὶ διαρπάσει μέσον,
ἕλκει μὲν αὐτοῦ σὺν κλόνῳ[3]) τὰ τμήματα,
συνέρχεται δὲ καὶ πάλιν τὰ λείψανα

[1]) In vita Anastasii p. 1697 A et 1709 D δύω, p. 1713 C et 1721 B δύο edidit Quercius; attamen in scriptura δύο Laurentianus et Escurialensis ubique consentiunt. — Inter utramque formam codicum memoria fluctuat S 646 (δύο V, δύω p).

[2]) Cf. An. p. 1692 B πρὸς τῇ γῇ τὸν λογισμὸν ἐνδεσμεύεσθαι.

[3]) Πόνῳ haud male corrigebat J. G. Schneider ad Aeliani N. A. II 23 (vol. II p. 73 Jacobs) cf. Stud. p. 146, ubi etiam δὲ λοιπὸν Pisidae exemplis inlustratur, quibus adde P II 286. 331, Av. 36. 403. 438, H II 71. 101, R 21, S 130. 376. 542. 649, Suppl. II 85 (sive 96).

et II 2 p. 1567, 2 sqq. φυή· βλάστησιν, αὔξησιν ἡλικίας·

κυρτὴ δέ σοι πέφυκε καὶ τῶν ὀρθίων
εἶναι δοκούντων ἡ φυὴ τῶν δακτύλων.

